





E 14. num. 6.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IURIS ECCLESIASTICI

DE

# ORIGINE BONORVM MENSAE EPISCOPALIS

QVAM

AVSPICE DEO

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

## GVILIELMO HENKICO

DUCE SAXONIÆ, IVLIACI, CLIVIÆ AC MONTIVM

ANGARLÆ, WESTPHALIÆQUE, ET RELIQA

SVB MODERAMINE

## IO. PHILIPPISLEVOGTL.D.

SERENISSIMORVM SAXONIAE DVCVM ERNESTINAE LINEAR  
CONSILIARII AVLICI, ANTECESSORIS ET COLLEGIORVM IV-

RIDICORVM DIRECTORIS ORDINARI

PATRONI AC PROMOTORIS AETERNVM

DEVENERANDI

PRO SVMMIS IN VTROQVE IURE HONORIBVS

ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

LEGITIME CONSEQVENDIS

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET

## IO. ERNESTVS FLOERCKE

IENENSIS

D.XXVII JANVARII MDCCXX

IENAE

LITERIS VVERHERIANIS.



DICITUR TIBI QUITA MATERIA

MVRONOMUS

REINHOLD

CLAVUS IN CLOACIS

OBITUARII

MAURICII

ALDOLPHI

ERIT

AVICORIS

PROVINCIA

VIRO  
*AMPLISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO*  
DOMINO  
HEINRICO ERNESTO  
FLOERCKIO

ICTO  
REVERENDISSIMI CAPITVLIE ECCLESIAE  
METROPOLITANAE MAGDEBURGENSIS  
SYNDICO MERITISSIMO

PARENTI HONORATISSIMO.

U. T. R.

ALBERTUS ALBERGONIUS LUTZIUS

DOMINO

HENRICO ERNSTO  
HOFRECKIO

ETIO

LEADER-DISCHWYLLATITICLIZIE

MATTEOLIANAE MAGDEBVRGENSIS

SUDICO MELITISSIMO

PARNIT HONORATISSIMO.

## PARENTS HONORATISSIME

**D**um leues hasce pagellas auspicii causa, summos in Iure honores prensans, publice riteque propositas, TIBI inscribo, Parens Honoratissime, multas habeo causas easdemque grauissimas. Enim uero, vt iam communia illa beneficia taceam, quae indulgentes parentes, filiis praestare solent, quae sane sunt eximia, quaque TV Parens pia mente colende, pro tenerimo, quo me a vitae primordio exceptisti adfectu, cumulata mihi tribuisti, plura ac maiora longe praedicanda mihi restant, quorum memoriam, quam sancte semper seruo, hoc cumpromis tempore, in animum reduxit pietas. Non enim tantum, Parens Indulgentissime, vitae rationibus liberalissime prospexit, sed quod in praecipua felicitatis meae parte pono, raroque filiis contingere deprehendo, ipsemet culturae animi & ingenii mei prospexit, positisque Tua prouidentia per fidelium magistrorum operam, doctrinæ sapientiaeque initii, antequam in Academiam dimittires, facili & per tot annos in celeberrima hac Academia longo vsu probata methodo, summa fide, viam ad ingrediendum Iuris prudentiae omnis studium commonstrasti, atque sic in cunctis cum publici, tum priuati Iuris partibus, præparatum ad Doctores Academicos dimisisti. Inde largis subsidiis, monitis, consiliis, instruxisti, exactoque integro Triennio reducem, benigne excepisti, quaque ratione theori-

cis studiis fori vsus exercitatioque iungi debeat, demonstrasti. Quibus summae Tuae ac commemorabilis benignitatis argumentis cumulum adieciisti, dum ad capessendam ampliorem legalis studii culturam Academiae reddidisti, utque tandem summos in utroque Iure honores ab Illustri ICtorum Ordine decenter peterem, auctor adiutorque extitisti, & ad percolendum hoc de Bonis Mensae Episcopalis argumentum, a nemine quod quidem sciam ex instituto tractatum, excitasti. Quae cum ita sint, laborum hae Academicorum scriptiorumque mearum primitiae, iure proprio TIBI Parenis Honoratissime debentur, quas etiam religiosissima mentis caerimonia Tibi defero. Suscipe eas, nulla re nisi arguento commendabiles, Parenis pio cultu prosequende, fronte ea, quae mihi semper benigna fuit, easdemque solo offerentis animo, qui pietatis est plenus, aetima. In qua etiam, cum nulla alia re gratias quas summas, maximis Tuis Beneficiis debo, referre possim, vnicce praesidium quaero, precumque ac votorum religione immortali Deo pro tua valetudine, in columnitate, stabili fortuna, qua mea quoque nostrorumque omnium continetur, supplico, inque hac acquiescens, paterni amoris perpetuitatem quae sitissimis verbis mihi exoro, obseruantiamque omni fortuna spondeo

Scribebam Ienne d. XXVI.

Ianuar. MDCCXX.

Fili obsequentissimi  
IO. ERNESTI FLOERCKE.

AS (e) 58



B. L.

**I**ntra vniuersas Iuris canonici doctrinas, materialm de iuribus episcopalibus tanquam illustrem & tractatu dignissimam pariter & utilissimam ab omnibus, qui eam paulo penitus inspexerunt, optimo iure habitam esse, inter omnes facile constat; Quod & probant plures speciales tractatus, quos de iuribus episcopalibus conscripserunt Io. Bertachinus, Barth. Vgolinius, Augustin. Barbosa, Laurent. Ohmius, Siebmannus, Mich. Hauemannus, Caspar Zieglerus, Henr. Linckius, aliquem tam pontificii, quam protestantes. Huius autem iuris episcopalis ab omnibus fere iuris canonici Doctoribus haec constituantur capita: quaedam enim pertinere dicuntur ad episcopos iure ordinis, quaedam lege dioecesana, quaedam vero iurisdictionis iure, quibus denique in primis recentiores, ex prioribus proueniens status & dignitatis caput adiecerunt; ad quod ultimum referuntur quoque bona mensalia episcopi, quae sustentationi status & dignitatis episcopalium deputata sunt. Multae illustres & granissimae controversiae toto fere die in praxie a de re occurrent, vbi de eorum natura, constitutione, alienatione, prescriptione & similibus saepius in utramque partem disceptatur. Tam autem variac ac diuersae haec de re opiniones inueniuntur, vt quis dubius sit, qualam sententiam amplecti debeat. Cuius rei incertitudinis caufa maxima est defectus historiae: Confundunt

dunt enim multi tempora anteriora bonorum mensalium cum posterioribus; sed longe alius status fuit bonorum mensalium prioribus temporibus, quam subsequentibus: Quia de causa in discussione eiusmodi controversiarum bene distinguenda sunt tempora, cum pro varietate temporum, pro varietate ecclesiarum ac prouinciarum natura quoque & conditio bonorum mensalium episcopi fuerit varia; hinc etiam varius eorum effectus. Postquam igitur apud animum constituimus, materiam de bonis mensalibus episcopi pertractare, quia nemo, quantum nobis constat, ea de re ex professo egerit; licet hinc inde nonnulla potissimum saltem de eorum bonorum alienatione & praescriptione, apud Doctores sparsim inueniantur: omnino ad veram horum bonorum naturam erucandam necesse esse duximus, eorum historiam indagare, illamque ante omnia praemittre: in primis, cum nullus, quantum nouimus, eam enucleandam in se suscepit; Quod sane mirum esse videtur, cum tamen adeo illusre sit hoc argumentum, sed ratio forsitan fuit rei ipsius difficultas & obscuritas. Licet enim multo labore quam plurimos commentatores iuris canonici consenserimus, nihil tamen, quod ad enodandam eorum historiam faceret, apud eos inuenire possumus, dum illi de bonis mensalibus deplurimum nihil, vel paucum, eaque saltem pro materia substrata & pro ratione suorum temporum, nulla disquisitione in eorum historiam habita, agant; Ut igitur in peruestigatione historiae horum bonorum accurate procederemus, necesse nobis fuit, ipsos fontes a primis seculis usque ad nostra tempora adire, ex iisque illa, quae ad illustrationem instituti nostri facerent, colligere. Quod dum aggressi sumus, argumentum de origine bonorum mensae episcopalium loco Dissertationis Inangularis habendae, in praesentiarum sistimus: ubi post explicacionem nominis bonorum mensae episcopalium §. I. propositam, §. II. egimus de statu primitiuae ecclesiae, ac demonstravimus tribus prioribus seculis, cum ecclesiae ipsi nulla bona vel redditus certi fuerint, nec episcopos certos ecclesiae redditus habuisse; deinde §. III.

per  
rio  
cus  
ora,  
uin  
copi  
rae  
copi  
dro  
rum  
rism  
cen  
que  
no  
rum  
sed  
nim  
con  
ori  
ren  
aria  
one  
tio  
no  
ora  
fa  
i de  
gu  
tio  
II.  
bus  
erti  
nde  
III.

S. III. ostendimus, *demum* "quarto seculo tempore Constantini M. episcopos coepisse plurimos ecclesiae redditus eo tempore valde auctos ad se trahere. Et §. IV. probauimus, quod nonnullorum episcoporum iniqua administratio & dispensatio rerum ecclesiasticarum occasionem dederit ad introducendam divisionem quartarum, ita ut episcopo saltet una quarta omnium reddituum sic assignata. Postea §. V. docuimus, licet haec distributionio quartarum per plurima secula obtinuerit, eam tamen circa tempora Carolingorum, canonica vita introducta, & multis clericis, fabricae, ac pauperibus certis bonis assignatis in plurimis ecclesiis in desuetudinem abiisse, & episcopos maximam ecclesiasticorum redditum partem sibi iterum adscripsisse. Posthaec §. VI. declarauimus, quod licet sub Carolingis, rebus ecclesiae valde auctis, episcoporum potentia *'jam maxima fuerit*, ipsi tamen eo tempore nondum haberint bona ad mensam seu sustentationem suam proprię & scorsim destinata, quia tunc temporis bona ecclesiae abducens communia, praeter pauca nonnullis clericis, vel fabricae vel pauperibus, separatim concessa. Denique §. VII. ostendimus, quod post solutionem mensae communis & separationem bonorum inter episcopum & capitulum factam, bona mensae episcopalis primum orta sint; probauimus tamen eo tempore omnia bona episcopalicia promiscue dicta esse mensae episcopalis: nec fuisse quedam, quae specialem ad mensam episcopi fuerint destinata, qualia hodie in specie bona mensae episcopalis dicuntur, & communibus opponuntur. Equidem initio constitueramus omnem originem atque progressum lorum bonorum mensalium usque ad nostra tempora hac dissertatione complecti; sed tam ob ampliitudinem huius dissertationis præter spem nostram iam auctam, quam ob tractum temporis, quem sequens elaboratio adhuc requirit, hic iam abrumpimus, & deductionem ulterioris originis atque progressus separate dissertationi habenda reservamus. Ut autem constet, quid hac de re praestituri simus, id saltim hic per capita notabimus. Etenim

post



post materiam de origine & progressu bonorum mensalium Episcopi CAP. I. & II. absoluendam, CAP. III. nobis agendum erit de natura & constitutione bonorum mensalium, ubi etiam de personis constituentibus, de obiecto, seu ipsis bonis, & de modo constituendi & quidem expresse vel tacite. CAP. IV. de iure & potestate episcoporum circa talia bona, & quidem quid solipossint, quid cum consensu Capituli, Caesaris vel Pontificis: CAP. V. de iure & potestate capituli sede vacante vel impedita circa talia bona. CAP. VI. de alienatione talium bonorum, ubi quoque de eorum infeudatione, oppignoratione & secularisatione, CAP. VII. denique de prescriptione istorum bonorum, itemque de remedii vindicandi bona iniuste alienata, nec non de ipso processu eiusque solennitatibus.

Quod reliquum est, B. L. rogamus, ut errores typographicos qui tam ob festinationem, quam quod ipsis tollendis non semper ipsi interesse potuerimus, forsan irrepserint: nec non si quid humani passim simus, ob difficultatem argumenti id benigne excusare vellet; illos errores, quos fugitiuo oculo deprehendimus, hic obseruamus, reliquos, in primis eos, qui forte sensum perturbare possent, in fine operis notabimus.

---

#### ERRATA.

- pag. 3. lin. 24. pro MCCCLXVII. leg. DCCCLXVII.  
pag. 17. lin. 6. pro lucrarent leg. lucrarentur.  
pag. 17. lin. 11. pro Christo leg. Christi.  
pag. 21. lin. 10. delect. facta.  
pag. 34. lin. 1. pro Arelatensi. leg. Aquisgranensi.  
pag. 49. lin. 4. pro T. III. leg. T. VIII.  
pag. 50. lin. 33. pro donati leg. donata.





Q. D. B. V.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS

DE

ORIGINE BONORVM MENSÆ  
EPISCOPALIS

§. I.

**V**ox Mensa, quæ alias varie accipitur \*, Bonorum nobis hic venit pro omni eo, quod ad Mensæ vitæ subsidia & commoda necessarium Episcopat<sup>em</sup> est, aut conductit \*\* ; & quia in multis explicatis ecclesiis Clerici & Canonici olim catio communis mensa vtebantur, bona eorum mensa, sive sustentationi assignata, dicta sunt de Mensa eorum : soluta autem hac Mensae communione, & bonis inter Episcopum & Capitulum divisis, bona haec vel Capituli, vel Episcopi Mensa vocata sunt \*\*\*. Dicuntur igitur bona Mensae Episcopalis illa bona Ecclesiae, quæ ad sustentationem status

A

&

## DISSERTATIO INAVGVRALIS

& dignitatis Episcopalis speciatim & perpetuo sunt destinata

Mensa dicta  
Eucharistia.

\* Haec vox est πολύσημος. Ipsa Eucharistia & coena Domini nuncupatur mensa. Paulus I. Corinlb. X, 21. Non potestis participes esse τελετέων κυρία mensae Domini, ηγετέων δαιμονίων, οι mensae daemoniorum. add. CHRYSOSTOMVS ad b. l. & T. V. edit. Paris. p. 367. THEODORETUS de vit. Patrum c. XII. participes fatus τῆς μυστηρίου τελετέων, mysticae mensae. Passim a Graecis Patribus dicitur, ιερά, μυστικά, πνευμπατικά, Φρειώδης, τελετέα; sacra, mystica, spiritualis, terribilis mensa vid. IO. CAESAR. SVICERVS thesaur. ecclesiast. voc. τελετέα p. 1280. & IDEM sacr. Observat. c. IV. §. XXV. p. 114. Nec aliud est iurare κατὰ τῆς τοῦ Στήνος τελετέων apud PALLADIUM, vel quisquis autor est dialog. de vit. Chrysostomi p. 51. quam iurare per Sacram Eucharistiam. Mensa quoque seu conūniūm, quod primi Christiani summa animorum contēsione & gaudio passim celebrabant ACT. II, 46. 47. dicebatur αγάπη, id est, dilectio seu charitas, ut CHRYSOSTOMVS tradit homil. XXVII ad locum Pauli I. Corinlb. XI, 18. seq. PLINIVS l. X. ep. XCIV ad Trajanum vocat cibum promiscuum & innaxium, TERTULLIANVS apologetic. aduersus gentes c. XXXIX p. 30 has agapas plenius describit: Coena nostra, inquit, de nomine rationem sui ostendit. Vocabatur enim αγάπη, quod dilectio apud Graecos est. Quantiācunque sumtibus consecetur lucrum est pietatis nomine facere sumptum, siquidem inopes quoque refrigerio isto inuamus &c. acque oratio connictam mensae dirimit, inde non in cateruas laesionum disceditur, neque in clados discursationum, nec in eruptions lasciuiarum, sed ad eandem curam modestiae & pudicitiae, ut qui non tam coenam coenarent, quam disciplinam. Inde OECVMENIVS ad dict. loc. Pauli & in Cathol. Iudee ait: Erant in Ecclesiis eo tempore mensae, quas Agapas vocabant. PAULINVS quoque libr. de Gazophylacio eiusdem instituti meminit, & inde nomen Mensae Episcopalis derivare vult dicens: Ego huic mensae episcopalis nomen restitui vult, nissē exīstimo, cui parandas plerique bona ad alendos pauperes definabunt & testamento legabunt. add. Epistola ad Iacobum, Fratrem Domini, quae CLEMENTIS ROMANI nomen praefert & edita est a IO. BAPT.

Inde nomen  
mensae epi-  
scopalis de-  
rivari vult,

## DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS.

BAPT. COTELERIO in *Patribus Apostol.* Conf. GVIDO PAN-  
CIROLLVS thesaur. var. lection. L. I. c. LXXXVI. p. 170. Porro Altare ap-  
Mensa sumitur pro Altari NAZIANZENVS Orat. XX. de Valente pellatur  
Imp. narrat, quod ille vertigine corruptus sit, dum in die Epi- mensæ  
phaniae coram Basilio  $\tau\bar{n}\delta\epsilon\alpha\tau\bar{e}\pi\bar{t}\bar{\epsilon}\eta$  diuinæ mensæ dona oblatu-  
rus eset. THEODORETUS l. V. c. XVII de Theodosio refert,  
quod ille dona  $\tau\bar{n}\iota\bar{e}\bar{g}\bar{a}\tau\bar{e}\pi\bar{t}\bar{\epsilon}\eta$ , sacrae mensæ, id est, altari obtulerit.  
In Capitular. Caroli M. ann. DCC LXIX. c. 14. apud BALVZIVM  
l. VII. c. 136. prohibetur facerdos missas celebrare, nisi in mensis lapi-  
deis ab Episcopo consecratis. Epilog. Synod. Roman. iub Sylvestro apud  
GRATIANVM dist. I. de conserrat. c. XV. Nullus Presbyter. In Con-  
cil. Remens. c. V. apud REGINONEM de disciplina ecclesiast. l. I. c. LX.  
p. 53 & BVRCHARDVM l. III. c. XCVII altare vbi missa celebratur  
dicitur mensa Christi. In Antiquitatibus Romanis varia mensarum  
genera occurruunt de quibus vid. PANCIROLLVS var. lect. l. I. c.  
LVIII. p. 109. & l. II. c. XCIII. p. 262 qui ista ex infinitis antiquitatibus  
accurate eruit, add. quoque IAC. GOTHOFREDVS ad l. vnic. C.  
Theodos. de Mens Olearius T. V. p. 264. & de mensis citreis, atque im-  
mani earum pretio OCTAV. FERRAR. Elec. lib. II. cap. 17. Media  
aetate variae vocis mensæ significaciones & phrases inueniuntur, de  
quibus vid. DV CANGE Gloss. voc. Mensa p. 507 qui eas operose  
collegit. Placet hic addere, quod mensæ regiae participem fieri, si Mensæ Re-  
gnificet in gratiam Regis redire. In Fragment. Capitul. Ludouici II. giz partici-  
ann. MCCCLXVII c. 17. apud BALVZIVM T. II. p. 368 Si quos cul-  
pem fieri quid?  
patorum regia potestas aut in gratiam benignitatis repererit, aut mensæ  
suæ participes efficerit. IVO P. XVI. c. 344. & ep. 62. Concil. Toletan.  
XII. c. 3. & BALVZIVS in not. p. 1296. De sensu huius capit. vid.  
PETR. de MARCA de concord. Sacerdot. & Imper. l. IV. c. XIV. §.  
VI. p. 406. seq. & SELDENVS de Synedr. l. I. c. X. p. 355. Mensa di-

\*\* Mensa dicitur quicquid ex bonis aliquiis est, bona ipsa, cunctur bo-  
patrimonium, dominicum, denique quicquid ad mensam instruendam, na ipsa ad  
id est ad vescendum, seu ad vitæ subsidia requiritur; vid. DV CAN-  
GEB c. I. Anglis dominicum definitur, quod quis habet ad mensam, si-  
cuit sunt prædia, quae Borlandes iidem vocant vid. BRACTON Domini-  
l. IV. tr. III. c. IX. §. V. & Eliza seu commentarij juris anglicani l. V. c.  
cum.

4. 211. DISSERTATIO IN AVGVRALIS

Firma

V. §. XVIII p. 28. Dominicum, inquit, est proprie terra ad mensam as-signata. Mensa Anglis quoque dicitur Firma vid. SPELMANVS p. 230, & CANGIVS VOC. Firmap. 447. Vnde & Firma Regis iisdem vocatur praedium seu villa, quea ad mensam Regis spectat in Legib. Reg. Aluredi c. II. a GVLIELMO LAMBARDO edit. p. 15. Si quis ad Ecclesiae mansionem pro qualunque culpa configiat, quae ad firmam Regis non pertinet. Occurrit quoque vox Firma c. 2. X. de locat.

Mensa Re-galis

Mensa Do-minii feuda- lis.

Mensa du-calis.

Mensa dici-tur victus s-ustentatio-nis.

Duplex mensa dici-tur, sacra & profana.

Conf. GONZALEZ TELLEZ ad h. c. T. III. p. 326. Mensa Regalis apud SILVESTRVM GIRALDVUM in Typographib. Hibern. dis. III. c. V. Totam medianam mensae regali appropriavit. Monastico Anglicano per ROGERVM DODSVVORTH & GVLIELMVMDVGDALE digesto T. II. p. 846. absulit ei etiam Rex - Ecclesiam de Simondburne, quam appropriavit mensae suae. Hinc in Consuetudinibus Galli-cis dominus feudalis dicitur praedia vasalli vniue mensae, vniue-sa table in Turonenf. art. 279. seqq. Mensa ducalis eodem sensu accipi-tur in Charta Henrici Ducis Boiarie & Saxonie ann. MCLXX in priuileg. Hammaburg. §. LIX apud ERPOLDVM LINDEBRO-GIVM Scriptor. septentrional. p. 165. tres episcopatus construximus, allo-ditis, redditibus mensae nostrae dotauimus. In Instrumento Pac. Osna-brug. art. X. habeat im posterum Regia Maiestas regnumque Sueciae cum potestate eos extingendi, redditusque Mensae Ducali applicandi. It. Artic. XII. Duci Megapolitano competant Episcopatus Sucrinensis & Ratzenburgensis cum potestate - omnes redditus Mensae Ducali appli-candi. Mensa quoque denotat viatum, alimenta, stipendia, seu quic-ku[m] sustentatio[n]em, quid ad vitae sustentacionem necessarium est. Sic illud diaconivm Ministrare teat[er]e[us], ministrare mensis, cuius mentio fit act. VI, 2, nihil aliud est, mensis Aet. quam distribuere res necessarias ad aleundos pauperes, quod patet ex VI. quid?

commate praecedente, vbi dicitur, conquestos esse Hellenistas, quod eorum viduae despicerentur ev tñ diaconia tñ zaθneqñ id est in di-stributione quotidiana; collecta enim distribuebantur in pauperes Act.

II, 45 IV, 35. Falluntur igitur, ut opinor, illi, qui existimant, praeter

mensam sacram, quae in usum agaparum & postcoenii instituta erat, etiam profanam seu conuiuum quoddam, quo pauperes refecti fuerint, quotidie instructum esse; cui utrique Diaconos ministrasse vult

CLAVDIVS ESPENCAEVS l, I, disgress. c. IV. CASP. ZIEGLERVS

## DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS.

RVS de diaconis l. I. & Celeberrimus GVNDLINGIVS Gundlingian.

T. II. p. 150. Nullibi enim in antiquitatibus primitiuæ Ecclesiæ de-  
tali mensa, ad quam pauperes conuiuari solitos esse, mentio fit, quod  
in tam ingenti indigentium copia nequidem concipi potest, nec cre-  
di, quod Apostoli & ipsorum substituti septenturi propriæ mensis seu  
conuiuissi seruilliter ministrauerint, praebendo potentibus vina, &  
prandientibus inferiendo; sed potius Act. II, 45. IV, 35. memorantur  
Apostoli pecuniam ex rebus venditis redactam singulis, prout indige-  
bant, distribuisse, vt nempe illi ipsi mensas suas inde instruere possent. Septemvirii  
Quamvis quidem Diaconi primæ Ecclesiæ Christianæ munere di-  
stinctissimi fuerint ab his septem curatoribus pauperum primæ Eccle-  
siae Hierosolymitanae, qui nulli alii fuere quam Presbyteri, vt lucus  
lenter demonstrarunt Celeber. BOEHMERVS siur. parochial. Sebt. VI,  
c. I. §. V. seqq. & VITRINGA de Synagog. Veter. l. III. c. V. II. p. 924.  
Quorum argumentis hoc licet addere; quod Act. XI, 29. disci-  
puli dicantur decreuisse aliquid fratribus in Iudea habitantibus mit-  
tere eis diaconis in ministerium, id est ad distribuendum in pauperes.  
Et comm. sequent, dicitur, quod hoc miserit πρὸς τὸς πρεσβυτέροις  
ad Presbyteros seu Seniores; Ex quo euidenter patet, hanc diaconis  
seu curam pauperum Presbyteros habuisse. Quin ipsos Apostolos  
nonnunquam eam suscepisse liquet ex Pauli epist. ad Rom. XV, 25, ubi  
ait: Nunc proficisci Jerusalēm diaconovā τοῖς ἀγίοις ministrans sanctis,  
id est, distribuens pecuniam collectam in pauperes sanctos, vt ipse ver. Deinde cura  
sa sequenti explicat. Sequentibus tamen temporibus, Presbyteris in pauperum  
re diuina perficienda occupatis, haec dispensatio collectorum in pau-  
peres Diaconis plerumque est commissa, quae cura pauperum etiam  
illis temporibus adhuc diaconia mensarum dicta est. ORIGENES & diaconia  
hominil. XXV. in Matheum: Diaconi qui non bene tractant, ecclesiastica menarum  
rum pecuniarum mensas, & semper de his fraudant, & ipsas quas dispen-  
sant, & diuites sunt de rebus pauperum, ipsi sunt nummularii pecuniarum,  
mensas habentes, quas Christus euerit. GREGORIVS M. ad Ioan-  
nem Subdiaconum Rauennæ l. IX. ep. XXIV. edit. Venet. p. 146. scri-  
bit. Quia te mensis pauperum & exhibendae diaconiae eligimus praepo-  
nendum &c. Post alia: Constituentes, vt de hoc, quod ad mensas paupe-  
rum, vel diaconiae exhibitionem perceperis, nullivnquam hominum cogi-  
A 3

## DISSE

### DISSERTATIO IN AVGVRALIS

*ris ponere rationem.* Add. AMBROSIVS lib. de officiis eccles. c. vlt. vbi refert, Diaconos & sacrae mensae & pauperum curam habuisse, Haec loca adducta eleganter confirmant per diaconias tamen τραπέζαν

*act. VI.* non ministerium coniuii, sed curam pauperum, seu administrationem collectorum in usus & alimenta pauperum intelligendum esse.

Multis in  
locis com-  
munis men-  
sa fuit Cle-  
ricis.

Etiā Mo-  
nachis.

Talem in-  
fuit Au-  
gustinus.

& Fulgen-  
tius.

nec non  
Baudinus.

\*\*\* Iam antiquis temporibus in multis Ecclesiis Clerici, ad imitationem primorum Christianorum, omnia habebant communia, vtebantur mensa communis, ad quam una vescebantur. S. OZOMENVS l. VI c. XXXI p. 683. κοινή δὲ στοιχίος αὐτόθι οὐληράσσεις τε καὶ τραπέζας καὶ τάλα πάντα. Clericis illius ecclesiae (icil. Rhinocurensis in Aegypto) communis habitatio, & mensa & alia denique omnia communia. Idem NICEPHORVS l. XI. c. XXXVIII. GREGORIVS M. l. III. ep. XXXVII. ad Constantium Episcop. Mediolanens. p. m. 47 de Fortunato scribit. *Audio cum cum decessore vestro, Laurentio ad mensam Ecclesiae per plurimos annos comedisse, inter nobiles sedisse & subscripsisse.* Eodem viuendi genere vni sunt Monachi, de quibus I.O. CHRTSOSTOMVS aduersus vituperatores vitae Monast. l. III. c. X. καὶ πάντας αὐτοὺς κοινὰ, καὶ τραπέζα, καὶ σύνουσι, καὶ ημάτια. Cuncta quippe illis communia sunt, mensa, domus, indumentum. IDEM in Maib. homil. LXXII. μία τραπέζα πάσι, una mensa omnibus. Augustinus quoque Episcopus Hippomensis talem communitatem Clericorum in Africa instituit, ita ut communis mensa comedenter, vt ipse form. I. de vit. commun. Clericor. & passim in suis scriptis testatum facit; quod & refert POSSIDIVS in vit. Augustini c. V. & c. XXII. Cum ipso semper Clerici una etiam domo ac mensa sumtibusque communibus alebantur. Talem congregationem & vitae communionem instituerunt etiam alii Episcopi Afri, inter quos Fulgentius Episcopus exulans teste FERRANDO DIAONO in vita Fulgentii c. XX. Quibus unice serviens charitatis affectu, similitudinem magni cuiusdam Monasterii, Monachis & Clericis advanatis sapienter effecit. Erat quippe eis communis mensa, commune cellarium, communis oratio simul & elecio. Eodem modo Baudinus Turonensis Episcopus in sua Ecclesia mensam canonicorum instituit, vt GREGORIVS TURONICVS memorat l. X.

DE ORIGINE BONORVM MENSEAE EPISCOPALIS. 7

c. XXXI apud ANDR. DV CHESNIVM *biflor.* Francon. *Scriptor.* T. Mensa Ca-  
I. p. 457. *Hic instituit mensam Canonorum,* id est communitatem seu Cano-  
niconum. IDEM de vit. patrum c. IX. vocat *mensam canonicanam.* Hi Clericorum. nica.  
autem id circa dicti, sunt *canovicos*, quod essent descripti *in tabula* Clerico-  
*Council Nicen.* I. c. XVII. *in canone*, id est, in *matricula* seu *tabula Clerico-*  
*rum in commune viuentium.* Ait posterioribus temporibus alii dicti sunt a *xvios*  
sunt *Canonici a canone seu regula*, quibus etiam erat mensa communis. *i. e. matri-*  
cula. ADAMVS BREMENSIS. II. c. LI apud LINDENBRO GIVM *script.* Alii a cano-  
Septentrional. p. 30. de Bezelino Episcopo loquens: *Nam & Claustrum re-*  
nouauit & *Canonicis mensam ipse primus instituit.* Idem tradit *Anonymous* gula.  
*biflor.* Archiepisc. Bremens. p. 87. p. 78. add. PETR. LAMBECHUS  
Rer. Hamburg. l. I. p. 16. seqq. INNOCENTIVS III. apud. CLAVD.  
DV. MOLINET ad Stephanum Tornacens. ep. 141. & 161. *Vniuersis Ca-*  
*nonicis & vnum erat refectorium & mensa communis.* Quia igitur ta- Bona com-  
les Clerici in societatem coadunati, communem mensam habebant, & munimenta  
in commune vescebantur; bona, quae eorum mensae seu sustenta- *sae deputa-*  
tioni erant assignata, dicebantur de mensa eorum. Charta ann. *ta dicta*  
DCCCL apud MEVRISIVM *biflor.* Episcop. Metens. p. 137. vt *nul-* mensa.  
*lus prædictam villam tollat, alienet, abfrabat - - ab altare B. Ar-*  
*nulphi, & mensa Fratrum Monachorum.* Charta HLudouici II. Imp.  
ann. DCCC LXIV apud SCHATENIVM annal. Paderbornens. l. III.  
p. 157. *in beneficio res ipsae nulli concedantur, sed solummodo absolute ad*  
*mensam earum (Herifordensium sanctorialium) iugiter deserviant.*  
Tabularium Ecclesiæ Augustod. ann. DCCCC XXII. *Villam Ecclesiæ*  
S. Nazarii destinamus, obsecrantes, ut nullus Episcopus aut Comes a mensa  
eorumdem Canonorum subtrahere praesumat. Et licet posterioribus Sublata  
temporibus, soluta vitae communione, praebendae inter Clericos di- communio-  
stributae sint, & cuique ex Canonicis certa redditum pars assignata; men a ne adhuc  
redituum tamen pars in commune relicta, quae communis mensa di- communis  
sta est, umbra scilicet pristinae communionis. Huius mensae com- seu bono-  
munis post distinctionem praebendarum mentionem facit INNO- rum pars.  
CENTIVS III. l. I. ep. 98. cuius epistola fragmenta referuntur in c. 9.  
X. de *Constitut.* integra vero extat in *Compilat.* III. c. 5. cod. tit. Conf.  
ALTRESSERRA ibid. STRAVCHIVS I amoenit. iur. can. Eclog. II. c.  
IX. p. 47. MATHEI de nobilit. l. II. c. XXV. p. 458. Vnde & apud  
INN.



8 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

Mensae Ar<sup>t</sup> INNOCENTI V M III. l. II. ep. 22. Mensae archidiaconus, id est, bonochidiaconus rum in communi relictorum administrator, vid. BOSQVET ad Inno-  
Partitio bo- cent. III. epist. p. 121. Divisa quoque sunt bona inter Episcopum &  
norum inter Capitulorum, & huius bona de mensa Capituli dicta. INNOCEN-  
& Capitu- TIVS III. l. I. ep. 106. edit. Baluzii p. 57 cuius fragmentum quoque re-  
lum.  
Mensa Ca- fertur c. 10. X. de reb. eccl. alien. vel non. Possessiones ad mensam tu-  
rituli, in Bulla Innocentii VIII. anni M CCCCLXXXVIII. apud RENAT.

CHOPPIN V M de Sacra Polit. Forens. l. II. tit. VI. n. 8. p. 410. Fructus  
& redditus mensae Capitularis Ecclesiae Lemovicensis. Et Bulla Ale-  
xandri VI. ann. MD. apud EVNDEM p. 416. Uniretur Mensae Capti-  
tularis Ecclesiae S. Dionysii. It. in Concil. Tritedin. ann. MDXLV  
Seff. XXIII. c. XVIII. apud FRANCISC. LONG. A COROLIA-  
NO summa Concilior. p. 1021. Ex fructibus integris Mensae Episcopa-  
lis & Capituli pars aliqua detrahatur.

Menſa E- \*\*\*\* Menſa Episcopi seu Episcopalis, quatenus denotat  
piscopi vel victum, jam antiquitus cognita fuit. GREGORIUS NAZIAN-  
ZENVS. Episcopus Constantinop. orat. XXXII. de se ipso dicens,  
quod nec menſa lauta & opipara uſus fit. Concil. Carthaginens. IV.  
ann. CCCXCVIII. c. XV. ut Episcopos vilim suppelleſitem & men-  
ſam, ac viſtum pauperem habeat. Atque de hac menſa intelligendus

METAPHRASTES loquens de Theodoſo Episcopo: Extrentis,  
inquit, ſexaginta quinque aureis menſae ſua adſcriptis, quadrageſia  
tantum ſingulis annis comedebat, reliquos omnes Eccleſiae largiebat.  
Et CYPRIANVS Episcopus Tolonenſ. in vit. S. Casarii Episcop. Are-

latens, in Chronolog. Lerinenſi, & To. I. SS. Ord. Bened. p. 658.  
Donec omnes ab ipſo effent redempti eo argento, quod venerabilis Eonius  
vel bona ip- antecessor ejus Eccleſiae menſas reliquerat. Aft Mensa Episcopalis,  
fa ad uſten- quatenus ſignificat bona ſeu ſubſtantiam bonorum fixorum ad uſten-  
tandum E- tationem Episcopi aſſignatam, demum posteriori aevo originem fu-  
pifcopum dicata, am trahit. Et licet post ſeparationem menſe, & diuſis inter E-  
pifcopum & Canonicos bonis, initio omnia bona Epifcopalia pro-  
mifce etiam bona Menſae Epifcopalis ſepe dicerentur, ad diſtin-  
ctionem bonorum, quæ Canoniciſ erant aſſignata, & quæ Menſa  
Canonicoſ ſeu Capituli vocabantur; Recentioribus tamen tem-  
poribus

## DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS.

poribus invaluit, ut quædam ad sustentationem mensæ & dignitatis Episcopalis *speciatim* & *perpetuo* destinarentur, quæ deinde in specie bona Mensæ Episcopalis nuncupabantur. Horum autem bonorum diversas appellations, quas in perlustrandis veteribus diplomatis & Scriptoribus observare licuit, adscribere operaे pretium erit, ut uno quasi intuitu conspici possit, qua ratione haec vox successu temporum varie sit appellata. Communiter autem dicuntur bona mensæ Episcopalis, seu simpliciter mensa Episcopalis. An. Mensa Etiuissima hujus denominatio, quæ nobis occurrit, reperitur in p[ro]scopali. Charta Meinverci Episcopi Paderbonens[is] ann. MXXXVI. apud SCHATENIUM annal. Paderbornens[is]. l. V. p. 499. Ne vero alicui successorum meorum -- mensæ suae stipendia diminuisse videar. add. Ejusdem Charta ann. MXXXI. apud Eundem p. 483. & Scriptor viae Meinverci. Bulla Calixti II. P. ann. MCXX. apud LUNIGIUM spicileg. eccles. P. II. de Bamberg. n. XXI. p. 22. mansi Episcopalis mensæ tuæ servitio debiti sunt. Gest. Gvidon. Episcop. Cenomanens. ann. MCXXIII. apud IO. MABILLONIUM veter. anal. T. III. p. 337. Unde (de terra) mensæ suae VII. (marcas argenti) reservans. Charta Chunradi II. Imp. ann. MCXLV. in Privileg. Hamburg. §. XLV. apud LINDENBROGIUM scriptor. Septentr. p. 155. Idem Archiepiscopus contulit prænorainato nobili clero de mensa sua redditus XL. librarium. Charta Bernhardi Paderbornens[is]. Episcopi ann. MCLV. apud SCHATENIUM l. VIII. p. 804. de mensa nostra, quibus mensæ Episcopali amplius recompensavimus. Charta Henrici M. Ducis Saxoniae & Bauariae ann. MCLXXVI. apud LUNIGIUM P. II. de Lubecens[is]. n. V. p. 292. dimissimus decimationem agrorum ad mensam episcopalem pertinentium. Charta Bernhardi II. Monasteriensis Episcopi ann. MCLXXXV. apud SCHATENIUM l. IX. p. 863. insuper quinque solidos in curti Hosvindie Episcopales redditus pertinentes ibidem obculimus & Episcopali Mensæ aliam decimam sex solidorum in recompensationem restituimus. Apud INNOCENTIUM l. I. ep. 155. MCXCVIII. edit. Baluzii p. 85. redditus duodecim altarium, qui ad Mensam Episcopalem specialiter fuerunt deputati. Apud EUNDEM l. II. ep. 165. ann. MCXCI. p. 445. Possessiones spectantes ad Mensam tuam. It. Arrest. Parliament. Parisiens[is]. ann.

B.

ann. MCCCIIX. apud RENAT. CHOPPINUM de domanio Fransiae l. II. tit. IX. n. 19. p. 182. de decimis ecclesiistarum noviter per sedem Apostolicam adjunctorum Mensae Episcopali &c. Charta Caroli IV. ann. MCCCXLIX. apud IOANN. de BECKA & WILLHELMUM HEDAM bistor. Episcop. Ultrajectens. p. 249. quia infra territorium mensae Episcopalis Traiectensis hujusmodi corruptelae surrexit, &c. Charta Caroli IV. ann. MCCCLXIV. Gregorii XI. & Wenceslai ann. MCCCXCVIII. apud ANTON. MATTHEI de nobilitat. l. II. c. X. p. 220. seqq. fructus & proventus ad mensam Episcopalem Traiectensem pertinentes. Charta Florentii Episcopi Traiectensi. ann. MCCCLXXXVI. apud EUNDEM l. II. c. XII p. 261. redditus, prō ventus & obventiones Mensae nostrae Episcopalis. Charta Friderici Episcopi Traiect. ann. MCCCXCV. apud EUNDEM p. 263. dat tot synre tafelen hoert, ibidem: dat hi synre tafel goede. Et ex schedis MS. ann. MCCCCVII. apud EUNDEM p. 260. dat hy besvaren mocht syn tafel goeden met -- Iurament. Theodorici Archiepiscopi Paderbornens. ann. MCCCCXV. apud SCHATENIUM l. XV. T. II p. 521. Reditus Episcopi & Episcopalis Mensae non alienabo. Charta Capituli Lubecensis anni MCCCCXXIV. apud LUNIGIUM P. II. n. CXLV. p. 396. fructus, redditus & proventus Episcopalis Mensae Lubecensis. Charta Iohannis VII. Episcopi Lubecensi. ann. MCCCCXXV. Bulla Legati Pontificii eod. anno, Variaque Acta & Instrumenta iisdem annis apud LUNIGIUM c. l. p. 400. seqq. quibus aliquot praebendae Mensae Episcopali incorporantur. Bulla Martini V. P. ann. MCCCCXXIX. apud SCHATENIUM c. l p. 360. Ecclesiam Paderbornensem, cuius Mensae Episcopalis fructus, redditus & proventus &c. Diplomate Alberti Rom. Regis ann. MCCCCXXXIX. apud LUNIGIUM c. l. p. 460. Mensa Episcopalis. Capitulatio Burcbaridi Episcopi Hildesiensis ann. MDLXII. apud EUNDEM P. II. p. 1099. Reditus Episcopalis Mensae non alienabo. Capitulatio Christiani Wilhelmi Administratoris Magdeburgens. apud EUNDEM Spicileg. Eccles. Supplement. P. I. n. 120. p. 45°. Thal-Güther, Pfaffen und Roth, oder Zin und Einfommen an der Stadt Halle, so allbereit dem Erz-Bischöfli. Fisch verwilliget. Capitulat. Iodoci Edmundi Episcop. Hildesieni. ann. MDC.

DE ORIGINE BONORVM MENSAE EPISCOPALIS. **ii**

MDCLXXXVIII. apud EUNDEM P. II. p. 115. reditus Mensae Episcopalis non alienabimus. Dicitur quoque Mensa Episcopi <sup>Mensa Episcopi</sup> apud BALDRICUM Chron. Camer. I. III. c. XLIX. in T. VIII. Spici. p. 169. INNOCENTIUS III. l. I. ep. 292. p. 155. partem decimarum ad Mensam Episcopi pertinentem. Charta Wilhelmi Episcopi Paderbornens. ann. MCCCCXIII. apud SCHATENIUM I. XV. T. II. p. 51. in campus fructiferis ad Mensam Episcopi spectantibus. Mensa Archiepiscopi apud COELESTINUM III. vel potius URBANUM III. epist. ad Ravennens. Archiepiscop. quae extat c. VIII. X. de rebus ecclesiae alien. vel non & in Compilat. II. c. I. cod. tit. Possessiones sine reditus - de Mensa Archiepiscopi intelligendi. Mensa Archiepiscopalis in Bulla Bonifacii IX. ann. MCCCCIV. apud LUNIGIUM P. III. chiepiscopi. n. XL. p. 26. & Gregorii XII. ann. MCCCCVII. apud EUNDEM c. I. n. XLIII. p. 31. Mensa Archiepiscopali Salisburgen. unitum annexum & incorporatum esset. Bulla Calixti III. P. ann. MCCCCLV. apud EUNDEM c. I. p. 42. Mensa Patriarchalis in Epistol. Clementis VI. ann. MCCCXLII. apud WADDINGUM. Mensa Pontificalis apud triarchalis. INNOCENTIUM III. l. I. ep. 250. p. 133. Possessiones ad Mensam pontificalem pertinentes. Mensa Apostolica in Charta Iohannis II. Ar. Apostolica. chiepiscop. Lugdunens. ann. MCXC. apud MABILLONIUM Annalect. veter. T. III. p. 492. in civitate Beneventana, quae proprie ad Mensam Apostolicam pertinet. Mensa Episcopatus in Gestis Innocentii III. edit. Boschetii p. 103. edit. Baluzii c. XCVIII. p. 61. possesiones ad mensam tui Episcopatus spectantes, Iuramento Henrici Spigelii Episcop. Paderbornens. apud SCHATENIUM I. XIV. T. II. p. 356. Possesiones ad Mensam mei Episcopatus pertinentes non vendam. Eodem sensu Mensa Ecclesiae apud INNOCENTIUM III. l. II. ep. 164. p. 445. Ecclesia S. Petri de Matera quae ad Mensam dignoscitur Acheruntinae Ecclesiae pertinere. Ita Mensa Abbatis. Charta Wicboldi abbatis Corbejenensis ann. MCLI. apud LUNIG. P. III. p. 95. quod ipsum servitum nobis mensae abbatis Corbejenensis resignavit. CLEMENS V. Pontif. c. I. de Rescriptis & IDEM c. unic. §. quidam Clementinus. de Excess. Praelator. Ecclesiastis ad mensas Abbatum spectantes. Bulla Martini V. Pontif. confirmationis Abbatis Udalrici & Afrae ann.

## 12 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

Tabula Abbatis, MCCCCXXVIII. apud LUNIG. p. II. p. 661. *Abbatialis mensē fructus, redditus & proventus.* Eodem sensu dicitur Tabula in Tabular. Abbat. Conchens. in Ruthenis Ch. LVI. Et si, quod abſit, ad venerit aliquis Abbas aut Monachus qui hunc honorem velle auferre de tabula sanctae Fidis &c. Ita quoque bona Abbarissae dicuntur Mensa. In Charta Adelbeidis IV. Abbatissae Quedelinburgens. ann. MCLXXX. apud KETNERUM Antiquit. Quedelinburg. p. 197. non de rebus nostrae Mensae distracta. In formula juramenti Annae Abbatissae Quedelinb. ab Eugenio IV. prescripta ann. MCCCCXXX. apud LUNIGIUM c. l. p. 261. It. in formula juramenti Magdalene Abbatissae Quedelinb. ann. MDX. apud LUNIGIUM c. l. p. 261. It. in form. jurament. Annae Abbatissae Quedel. ann. MDXV. apud LUNIG. Reichs-Archiv Part. Special. Continuat. II. p. 873.

## §. II.

In primi-  
tiva Ec-  
clesia Episcopi  
nulla bo-  
dilis  
certos  
habuere.  
Quemadmodum initio nascentis & sequentibus tem-  
poribus pressae ecclesiae, nullum haec patrimonium habuit,  
nec viros reditus alios, quam oblationes a fidelibus pauperum  
gratia factas \*; Ita Episcopis, quibus cum Presbyteris in pri-  
mitiva ecclesia communis eademque ratio & conditio fuit \*\*,  
nulla fuere stipendia certa aut reditus speciales, sed habuerunt  
saltem administrationem & dispensationem rerum collecta-  
rum ad usum pauperum, ipsi tamen ad sustentationem suam  
modo indigentiae de iis participarunt \*\*\*.

Tempore  
Apostolo-  
rum ecclae-  
sia nulla  
bona ha-  
buit quam  
oblaciones.  
\* Temporibus Apostolorum nulla ecclesiae bona, nulli reditus  
certi, sed fideles, inter quos coniunctissima animorum unio & con-  
fessio erat, communionem quandam bonorum habebant Act. II, 44;  
IV, 32. Diuites enim bona sua vendentes pecuniam exinde redar-  
ctam ad sustentationem indigentium conferebant Act. IV, 34. V, 1, seqq.  
quae deinde distribuebatur singulis, pro ut cuique opuserat Act. II,  
45. Act. IV, 35. Conferebant autem haec oblaciones ex Apostoli in-  
stituto primo quoque die hebdomadis, quo tum iam mos erat conve-  
niere I. Corin. XVI, 1, 2. Nemo tamen ad has oblaciones compelle-  
ba-

## DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS.

batur, sed fiebant libere, spontaneo, nec fucato spiritu *Act. V. 4.* pro ratione cuiuscunq[ue] fortunae *Act. XI. 29.* *I. Corintb. XVI. 2.* Collectiones quoque mittebantur in sudarium fidelium aliorum locorum *Act. XI. 29.* *Rom. XV. 26.* Fideles autem priuatim quantum fieri poterat, pauperes suos sustentare debebant, nec facile ecclesiam sumtibus eorum gravare *I. Timoth. V. 16.* Sequentibus quoque temporibus ecclesiae presae patrimonium eius confitebat saltu in oblationibus, quae vel singulis mensibus, vel singulis hebdomadibus, prout charitas facultatesque suadebant, congetae, in pauperes, aegros, aut alia quacunque necessitate laborantes distribuebantur. Hoc testatur **IVSTINVS MARTYR**, qui vixit circa medium *Set. II.* in *Apologia II.* in fin. edit. Paris. p. 98. affirmans fideles omnes ruris que conuenisse, quolibet dominico die ad solemne sacram, quando pro arbitrio quemlibet suo contribuissé, quod a praeposito collectum in pupillos, viduas & ob morbum afflatis causam gentes erogatum esse. Has contributiones in publicis congregatis fiebant unice factas esse pro *alendis pauperibus & indigentibus* ostendit **TER** pauperum **TULLIANVS** qui floruit exente *Scen. II.* in *Apologetic.* c. *XXXIX* gratia, edit. Paris. p. 31. *Si quod arcae genus, non de honoraria summa (alii legunt de onera summa, sed RIGALTIVS in not. ad b. l. obseruat, ita legi in antiquissimo codice, mentemque esse Tertulliani, quod ista summa non sit de honestamento religioni, quasi illa ideo redempta & venalis dici debeat, ut gentiles obiciiebant) quasi redemptae religionis congregatur, modicam vnuquisque stipem mensura die, vel CVM VELIT, & si MODO VELIT, & si MODO POSSIT apponit: nam nemo compellitur, sed sponte consert. Haec quasi deposita pietatis sunt. Nam inde non epulis, non potaeulis nec ingratias vorarimis dispensantur, sed genis alendis humandisque, & pueris ac puellis, re ac parentibus desitutis, iamque domesticis senibus, item naufragis, & si qui in metallis, & si qui in insulis vel in custodiis duni axai ex causa dei sectae, alumni confessionis suae sunt. Nullas igitur alias facultates, quam iusta oblationes voluntarias ecclesiam tribus prioribus seculis habuisse ex probatis autoribus fuse ostendunt **CENTVRIATOES MAGDEBURGENSES** Cur ecclesia Cent. III. Quod autem ex praediorum alienatione pecuniam confere maluerint primitiuae ecclesiae Christiani, id factum sine dubio est *mobilis.**

possederit,  
verzratio-  
nes.

est idcirco, non solum quod integer ecclesiae status non desiderabat, *bonorum immobilium* possessiones, cum eius maxima cura & sollicitudo esset magis in alendis pauperibus, quam corradendis bonis iisque conseruandis, sed & quod flagrans persecutionum æstus & periculum confiscacionis non permittebat *bonorum immobilium* acquisitionem, quam alias avaritia iam *Secul. III.* in nonnullis ecclesiis teste **CYPRI-**  
**ANO** de *Lapsis* p. 123. & *I. I. ep. 7.* nec non *ORIGENE* comment. in  
*Matheum* p. 420, proutpens, non respulset. Aliam rationem af-  
fert **PSEUDO-ISIDORVS** sub nomine **MELCHIADIS PAPAE**,  
dori ratio  
insufficiens  
est.

apud **BLONDELLVM** in *Pseudo-Isidoro* p. 422, qui id circa factum  
esse scribit, *quia futuram ecclesiam in gentibus Apostoli praevidebant ma-*  
*ximeque, quia dominus illis praedixerat: euntes in mundum uniuersum,*  
*praedicate euangelium; vel quia expellendos se nouerant a Iudaea & in*  
*gentibus dispergundos, ecclesiamque congregandam ex rudi populo: idcir-*  
*co prædia in Iudaea minime sunt adepti, sed pretia tantummodo ad se-*  
*uentes egentes.* Extat quoque hic locus truncatus apud **GRATIA-**  
**NVM** in c. 15. *Caus. XII, qu. I.* Sed haec ratio impostoris admodum  
ieiuna & insufficiens est, cum & extra Iudeam infinitae fuerint ec-  
clesiae, in quibus Christiani bona vīsibus pauperum oblata vende-  
bant. Conf. Celeberr. **BOEHMERVS** iur. *Ecclef. I. III. tit. XIII. §.*  
**An Sec. III.** *IV.* Equidem videretur ecclesiæ iam *Sec. III.* in aliquot locis bona  
immobilia immobilia & fundos possedit, cum *Alexander Seuerus Christianis*  
possederint, locum ecclesiæ, de qua controuersiam mōerant capones, addixe-  
rit, vt **LAMPRIDIUS** in *vit. Alexandri Seueri* c. *XLIX* in *Histor.*  
*Augus.* T. I. p. m. 1003 refert: *cum Christiani quendam locum, qui publi-*  
*cus fuerat, occupassent. Contra Popinarii dicerent, sibi eum deberi, re-*  
*scripsit melius esse, vt quomodo cunque illic Deus colatur, quam popinarius*  
*dedatur.* Verum licet facile concedamus ecclesiæ iam *Sec. III.* non  
nunquam indultu nonnullorum Imp. quædam loca fuisse, quæ  
cultui diuino erant destinata, illas tamen talia loca propria habuisse,  
ex quibus prouentus certos perceperint, ob iam adductas rationes im-  
probabile est. Nec in contrarium facit, quod **CYPRIANVS**, de  
*Lapsis* p. 123. mentionem faciat fundorum; agit enim de abusibus &  
avaritia Episcoporum, qui non pro ecclesia, sed pro se ipsis & nundi-  
nas exercebant, & fundos alienos raperent. Nec obstat Edictum *Va-*  
*le-*

DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS. 15

lerii Maximini apud E V S E B I U M hist. eccl. l. IX. c. X. edit. Vales. p. 364. In illo enim imperator iussit, ut Christianorum agri, praedia, ab eius Anteclericis in fiscum relata ipsis restituerentur: Nihil in eo mentio sit de agris seu praediis ecclesiae; quod patet ex ipsis Edicti verbis: *Coeterum ut indulgentia nostra prolixior appareat, illud etiam sancire voluimus: ut si quae domus aut loca ad ius Christianorum ineunte ante hac pertinentia, ex iussione divisorum parentum ad ius sibi devoluta sint, Sec. IV. nonnullae aut ab aliqua civitate occupata, aut certe vendita, aut alicui dono data; ecclesiae cuncta ad pristinum ius ac Dominum Christianorum reuocentur. Di immobilita uersa autem sunt bona Christianorum priuatorum & bona ecclesiae possidere Christianae.* Ne dicam quod haec constitutio iam Sec. IV. tempo cooperunt re Constantini M. cum quo ille de imperio certabat, sit lata. Ver gente enim Sec. III. & ineunte Sec. IV. nonnullas ecclesias, passim irepente avaritiae, durantibus persecutionum intestitiis, immobilia possidere cepisse, non omnino negari potest, quod patet ex lege C O N STANTINI M. apud E V S E B I U M in i. Conf. l. IV. c. XXXIV p. 462. vbi praedia ecclesiae a persecutoribus ante ablata restitui iubet.

\*\* Nomen Episcopi deriuari a graeco ἐπίσκοπον, quod si Nominis significat attente inspicere, curiose obseruare seu speculari notio notius est; Quod & explicat ISIDORVS apud GRATIANVM c. Cleros L. Episcopi explicatio. Dif. XXI. Episcopi Graece, latine speculatores interpretantur. Nam speculator est praepositus in Ecclesia, ideo dicitur, quod speculetur & propria populum infra se posteriorum mores & vitam. Et AVGVSTINVS l. XIX apud GRATIANVM c. Qui Episcopalem XI. Caus. VIII. qu. I. Episcopus est nomen operis non honoris, Graecum est enim atque inde dictum vocabulum, quod ille qui praeſcitur est, quibus praeſciunt, superintendit, curam scilicet eorum gerens. επὶ quippe super: σκοπός vero intentio est. Ergo Episcopos, si velimus, latine Superintendentes possumus dicere. Initio ecclesiae orientis nullum discri men fuit inter Episco- Olim nulla pos & Presbyteros, sed utrumque eadem conditio idemque offici- differentia um fuit, distinctis saltim nominibus indicatum. Videmus enim Act. inter Episcopos & Presbyteros, qui Presbyteri constituti & titulo Episcoporum insigniti atque teros. per requisita Episcoporum propria definiti sunt. Veterum Docto- rum

rum haec eadem sententia, nec alia eorum S. Scripturae interpretatione; Quod pluribus confirmat HIERONYMUS ad *Evaragium Episcopum epist. LXXXV. Tom. II.* cuius fragmentum refert GRATIANUS c. Legimus XXIV. diff. XCIV. Etsi in primitiva ecclesia haec

*Post unus ex Presbyteris* tium illibata fuit, attamen cum in qualibet ecclesia particulari plerius praerumque plures essent Presbyteri, paulatim invalidit, ut unus de multis Eillis electus ceteris praeponeatur, qui deinde in specie Episcopus pectorum dicitur, & ad quem omnis ecclesiae cura pertineret, ut hoc

latius docet HIERONYMUS in *Comment. ad c. I. epist. ad Tit.* ex quo etiam nonnulla; sed mancarentur GRATIANUS c. Olim V. diff. XCVI. Hanc sententiam Hieronymi de aequalitate Episcoporum & Presbyterorum ex multis aliis Patribus illustravit & erudite defendit DAVID BLONDELLUS in *Apolog. pro sentent. Hieronymi de Episcopis & Presbyteris.* Add. SALMASIUS sub nomine WALONIS MESSALINI in *tr. de Episcopis & Presbyteris.* Adversus Blondellum ex instituto scriptis HENRICUS HAMMONDUS nonnullas dissertationes, in quibus contrarium assertere contendit, sed nulli qui Hieronymi sententiam, ejusque cum Scriptura S. consonantiam accurati perpendit, perfadere potuit. In Britannia versus inter controversia ea de causa satis nota est, inter status Hierarchicos seu

Episcopales, & Puritanos, ut vocantur, de cuius origine vid. GULIEL. CAMDENUS *annal. rer. anglicar.* p. 573. A parte Puritanorum stetit DAVID CALDERWOOD in *Altar. Damascen.* sive *Eccles. Anglican. polit.* c. IV. p. 83. seqq. Novam quoque de prima etate Episcoporum & Presbyterorum differentia sententiam publicavit HENRICUS DODWELLUS in *paracesis ad exterios, tam Reformatos, quam Pontificios de nupero schismate anglicano.* Ex Pontificiis ad hoc collimat BENED. BACCHANINIUS *Diff. de ecclesiast. hierarch. origin. Mutinae 1703.* Utrosque ex professo refutavit summe Reverend. Dn. BUDDEUS *Exercit. de origine & potestate Episcoporum in opp. Exercit. Theolog.* p. 183. Add. CASPAR. ZIEGLERUS *de Episcopis c. III. §. IV. p. 38. seqq.*

In primis Ecclesiis ministris aut Episcopis erant constituta, quia facultates ecclesiastiae

fiae confitebant saltem in oblationibus, quae in usus pauperum sia Episcopis convertebantur, ut *not. i.* demonstratum est. Evidem illi pro nulla dispensatione certa.

Plurimi argumentis evincit, *Paulus I. Corinth. LX, 7 seqq.* Ast plerique ab eo modeste abstinebant, quo gentes facilius ea temporalium abdicatione Christo lucarent, adeo ut Apostoli saepe laboribus suis manualibus vistum sibi quaererent, *Act. XX, 34. I. Corinb. IV, 12. I. Thessal. II, 9. II. Thessal. III, 8.* ne occasionem praebent ethnici calumniandi, quasi finis ipsorum saltem esset temporalia consequi. Quia de causa & *Petrus I. epist. V, 2.* pricipit Presbyteris, quos & ibidem σπινωτοῦντες appellant, ne sua, sed quæ Christo essent, quaererent, nec turpis lucri causa officio suo fungerentur. Ha- Episcopi habebant autem Episcopi administrationem & dispensationem harum oblationum, quam vel ipsi vel per alios ea de causa constitutos nem obla- exercebant. Sic initio ipsi Apostoli distribuebant istas oblationes, tionum.

*Act. IV, 35. V, 2. VI, 1.* & illam διακονίαν τῶν τραπέζων ministerium mensarum *Act. VI, 2.* nihil aliud fuisse, quam dispensationem rerum collectarum ad sustentationem pauperum, §. I. *not. 2.* jam ostendit est. Cum vero Apostolis melius vistum fuerit, vacare ministerio divino, quam διακονεῖν τραπέζαις constituerunt ad hoc septem viros, *Act. VI, 3. 5.* Curam tamen pro aliendis pauperibus non ab-

sciebant, *Rom. XV, 25. I. Corinth. XV, 1. seqq. Galat. II, 10.* Sequuntur Idem ob-

tibus temporibus idem observatum fuisse testatum facit *IUSTINUS* *vatum*

*MARTYR apilog. II, p. 98.* Coeterum qui copiosiores sunt & volunt, Sec. II.

pro arbitrio quisque suo, quod vixum est, contribuant: & quod ita col- ligetur, apud PRÆPOSITUM deponitur, atque inde ille opitulatur viduis, pupillis & his qui propter morbum, aut alias quamlibet cau- sam agent, quicunque in vinculis sunt & peregre advenientibus hospitibus,

& ut simpliciter dicam, IN INDIGENTIUM IS OMNIUM CURA- TOR EST. Hoc & confirmat *ORIGENES* *XXXI. in Mattheum*, Sec. III.

Fideles simus pariter & prudentes ad dispensandos ecclesiæ redditus. Fini-

deles quidem ut non devoremus, quae sum viduarum & memoris si-

mus pauperum & occasionem accipientes ex eo, quod scriptum est, Do-

minus constituit ius, qui Evangelium praedicant, de Evangelio vivere, ne

amplius quaeramus CIBO SIMPLICE ET NECESSARIIS, ne

CIBIS TROPICIS amplius

amplius teneamus nobis, quam demus esurientibus fratribus & scientibus atque nudis, & eis qui necessitatem patiuntur, in secularibus curis. Prudentes autem, ut unicuique secundum dignitatem uniuscuiusque subministremus. Idem adhuc pace ecclesiae reddita obtinuit, quod probant Concil. Grangren. ann. CCCXXIV. vel vt alii CCCXXV.

**Sec. IV.** c. 7. & 8. Si quis dat vel accipit fructus oblatos, praeter Episcopum vel eum, qui est constitutus, ad beneficentias dispensationem, & qui dat, & qui accipit, sit anathema. Nec non Concil. Antiochen. I. ann. CCCXL. c. 25. ex votione DIONYSII EXIGUI n. 103. & apud GRATIANUM Caus. XII. qu. I. c. 23. Episcopus ecclesiasticorum rerum habeat potestatem, ut eas in omnes egentes dispenset, cum summa reverentia & timore Dei. Ipse autem sit particeps, QUIBUS INDIGET, ad suas necessarias expensas, & fratrum, qui apud eum hospitalitatis gratia commorantur, vi nulla ex parte per inopiam defraudentur, secundum Apostolum qui dicit: habentes alimenta, quibus degamur, his contemni sumus. Quod si convertat res ecclesiae in suos usus DOMESTICOS, & eius commoda non cum Presbyterorum & Diaconorum conscientia pertrahet . . . synodo provinciae poenas iste salvat. Ex his autem Episcopi indulgentes ex adductis eluet, Episcopum nihil ex ipsis oblationibus & rebus ecclesiae accepisse, nisi ipse indigeret. Quod & confirmant Canones, qui Apostoli inscribuntur, & a Clemente Rom. compilati esse dicuntur; editi a BEUEREGIO Londini 1678. & a LABBEO Concil. T. I p. 25.

Ita enim c. XL. dicitur: Praecipimus vt in potestate sua Episcopus res ecclesiae habeat: Si enim animae hominum pretiosae illi sunt creditae, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita vt potestate eius omnia indigentibus dispensentur per Presbyteros & Diaconos. Et c. XLI. Ex iis autem, quibus indigit, ad suas necessitates, & ad peregrinorum fratrum usus ipse percipiat, ut nihil eis posset omnino deesse. Inferuit quoque haec capita GRATIANUS suo decreto Caus. XII. qu. I. c. 22. & 24. Sed certum est hos canones longe post ab incerto autore esse inventos, ut ipsi confitentur BEUEREGIUS, ANTON. PAGIUS, ELLIES DUPIN script. eccles. P. I. p. 24. qui tamen eorum canonum compilationem referunt ad Secul. III. sed alii vt CENTURIATORES MAGDEBURGENSES, DALLÆUS, BLONDELLUS, BASNAGE, MASTRICH demonstrarunt, eos demum circa finem

Sec.

DE ORIGINE BONORVM MENSES EPISCOPALIS. 19

*Sec. V.* ad conciliandam Clericis autoritatem esse confitatos. Licer  
iam Secul. III. non solum Clerici, ne vlo modo a ministerio sacro a-  
uocarentur, tam ex oblationibus mensurnis, quam quotidianis parti-  
ciparent, vt constat ex CYPRIANO l. I. ep. IX. sed & Episcopus bus partem  
stiam ex iis ferebat partem, vt ex EODEM l. III. ep. XXIV. colligi pot-  
est; illi tamen istis redditibus non aliter vti poterant, nisi maxime in-  
digerent, vt antea monitum est; hinc & Episcopi religiosi reser-  
uato sibi suisque clericis necessario vietu atque vestitu omnia colle-  
ctu pauperes collocabant, quod passim inculcat CYPRIANVS, in  
primis c. l. *Infirorum & omnium pauperum curam per diligentem ha-  
bitem, sed & peregrinis, si qui indigentes fuerint, sumitus suggestis de  
QVANTITATE MEA PROPRIA, quam apud Rogationem Com-  
presbyterum nostrum dimisi; quae QVANTITATIS ne forte iane-  
niuersa erigata sit, misericordia per Naricum Acolythum alias portiones  
ut largius & promittit circa laborantes fiat operatio.* Conf. doctissimus  
BOEHMERVS disp. iur. eccles. antiqu. ad Plin. II. Diff. VI. §. 20. seqq. &  
iur. eccles. l. III. tit. V. §. 53. seqq. qui pluribus demonstravit non so-  
lum in ecclesia pressa, sed & sub Impp. Christianis administrationem  
& dispensationem rerum ecclesiasticarum fuisse penes Episcopum.add.  
LUDOV. THOMASSINV de vet. & nov. eccles. discipl. P. III. l. II. c.  
I. p. 289. seqq.

S. III.

Postquam vero Seculo IV. sub Constantino M. & sequen-  
tibus Imperatoribus Christianis ecclesiae bona, rebus immobi-  
libus in eam passim translatis, variis acquirendi modis rece-  
ptis, licet non sine eius maximo damno adaucta sint \*, multo-  
rum quoque Episcoporum ambitio pariter & avaritia crevit, ita  
vt illi plurimos Ecclesiae reditus sibi vindicarent parum vel ni-  
hil pauperibus & reliquo clero relinquentes \*\*.

\* Ex eo tempore, quo persecutiones cessarunt, & ecclesiae bonis ec-  
clesiae au-  
pax affulxit, quod contigit, cum Constantinus M. Christianorum fa-  
cra profiteretur, qui primus veneranda Christianorum fide Romanum  
Sec. IV. Ec-  
clesiae bonis  
aucta.

Sec. IV.

Episcopi  
plurimos  
reditus ad  
se traxe-  
runt.

muniuit imperium, ut loquitur ZENO l. Diui Constantini s. C. de naru-  
ral, liber, in ecclesiam amplissima patrimonia, nec non res immobiles  
translatae fuere. Quod idem obseruat PSEUDO-ISODORVS sub  
nomine MELCHIADIS apud BLONDELLVM in Pseudo-Isidoro p. 422. at vero, inquit, cum inter turbines & aduersa mundi succresceret  
ecclesia, eo usque peruenit, ut non solum gentes, sed etiam romani principes,  
qui bene totius urbis Monarchiam tenebant, ad fidem Christi & baptismi  
sacramenta concurrenter. E quibus vir religiosissimus Constantinus pria-  
mus fidem veritatis potenter adeptus, licentiam dedit per uniuersum orbem,  
sub suo degentes imperio fieri Christianos, sed etiam fabricare ecclesias &  
praedicta tribuere posse constituit. Denique idem praefatus princeps DO-  
NARIA IMMENSA contulit. Paulo post: ab illo etenim tempore  
& deinceps viri religiosissimi non solum possessiones & PRAE-  
DIA, quae possederant, sed etiam semet ipsos consecravunt. Hoc etiam  
An Sec. III. refert GRATIANVS c. XV, Caus. XII, qu. I. Magis vera sunt haec,  
ecclesia im-  
mobilia  
possederit.  
ita scribens: Videntes ergo Sacerdotes summi & alii, atque Leuitae & re-  
liqui fideles, plus utilitatis posse afferre, si haereditates & agros, quos ven-  
debat, ecclesiis, quibus praefidebant Episcopi, tradarent, eo quod ex sum-  
tibus eorum, tam praesertibus quam futuris temporibus, plurima & elegan-  
tiora possent ministrare fidelibus, communem fidem ducentibus, quam ex  
pretio eorum ceperunt praedia & agros, quos vendere solebant, matribus  
ecclesias tradere, & sumtibus eorum viuere. Idem recenset GRA-  
TIANVS c. XVI. Caus. XII, qu. I, non cogitans, hanc posteriorem  
narrationem, priori plane aduersari. add. c. Attendendum XIII, Caus.  
XVII, qu. IV. FRANCISCVS quoque STYPMANNVS in tractatu  
posthumo de salario Clericorum, c. I. n. 257. p. 48. PETR. MULLERVS  
de bon. parochial. c. II. ib. I. & alii incaute ab hoc impostore seducti  
funt, ut statuerint ecclesias iam eo tempore praedia possedisse. Sed  
totam hanc VRBANI I. epistolam conficitiam, & ex Prospere, Gre-  
gorii, Eusebii, Gallicani, Concilii Parisiensis sub Gregorio IV & Codicis  
Theodosiani sententias compilatam esse eruditus ostendit. DAVID  
BLONDELLVS in Pseudo-Isidoro p. 270. Quamuis quidem CON-  
STANTINVS M. primus publica lege cauisset, ut ecclesia praedia ha-  
be-

Sub Con-  
stantino M.

## DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS. 21

bere possit, non tamen negandum est, iam paulo ante Constantini M. tempora ecclesiæ in oriente passim domos, agros, prata possidere cetera mobilea pisse. **EVSÉBIVS** in vita Constant. M. l. II. c. XXXIX. ex edit. V. a. possedit, lesip. 462, profert legem, qua praedia a dirissimis persecutoribus ablatæ restitui iubet: *Omnia ergo quae ad ecclesiæ reble visa fuerint pertinere: siue domus ac possessio sit siue agri, siue horati, siue quaecunque alia nullo iure quod ad dominum pertinet imminuto, sed saluis omnibus atque integris manentibus, restitui iubemus.* Sub hoc igitur Imperatore ecclesia non solum a persecutionibus tuta, sed & multis opibus & priuilegiis honorata facta est, vt pluribus commemorant *scriptores ecclesiastici* **VSEBIVS** in vita Constantini M. l. II. c. XXXV. bish. eccl. l. VIII. c. I. l. X. c. I. seq. **THEODORETUS** l. I. c. XI. **SOCRATES** l. II. c. XIV. **SOZOMENVS** l. V. c. V. & c. XII. **NICEPHORVS** l. VII. c. XL. Inter varias eius leges, quibus ecclesiæ ditauit, immunitatisque honorauit, extat l. I. c. De S. S. ecclesiæ, qua concescit vnicuique bona sua ecclesiæ relinquere; adeo eadem quoque *lex in C. Theod.* l. 4. de *Episcop. & Cleric.* Add. **GOTHOFREDVS** ad b. l. T. VI. p. 24. & in *paratitilis ibid p. 17.* Conf. quoque **F. BALDVINVS** de Constantini M. legib. p. 22. Post Constantini M. tempora **VLIANVS Julianus** PARABATA ecclesiæ bona ademit, dicens maximo se beneficio apostata ea Christianos afficeret, nimirum ut ad inopiam redacti saperent & citius regnum coelorum intrarent, vt profert ipse Julianus irridens in *Misopogone.* Add. **SOZOMENVS** l. V. c. V. & **THEODORETUS** l. III. XII. De Ioviano vid. **THEODORETUS** l. IV. c. IV. Sequentium sequentes Imperatorum Christianorum munificentia paulo rarior fuit; sed H. O. Imp. illa NORIVS multas annonas & possessiones templorum Gentilium ecclesiae donavit, vt patet ex l. 20. C. Theod. de *Pagan. & Sacrific.* THEODOSIVS iun. l. un. C. de bon. Clericor. & Monach. constituit, quod bona Episcoporum aliorumque clericorum nullis successoribus testamentariis vel legitimis extantibus, non fisco, vt antea, sed ecclesiae applicarentur. MARCIANVS non solum priuilegia a principibus retro concessa confirmauit, sed & salario quae ecclesiæ de publico ministrata sunt, inconcussa & imminentia praefesti iusfit l. 12. C. Justin. de SS. ecclesiæ. ZENO l. 14. C. eod. omnem alienationem rerum ecclesiasticarum interdixit, easque augendas & amplandas esse iusfit.

**A N A S T A S I V S** quoque l. 17. C. eod. priuilegia rerum ecclesiastica-  
rum valde adauxit. Denique **I V S T I N I A N V S** quamcumque ali-  
enationem rerum ecclesiasticarum omnino prohibuit, earumque aug-  
mentum multis priuilegiis & immunitatibus concessis, diligenter pro-  
mouit, vt pasim ex *cod. tit.*, liquet. Priuatorum tamen liberalitas iis  
temporibus superstitione longe lateque serpente, eo maior fuit, ita  
vt multi integras facultates ecclesiae consecrauerint teste **B A S I L I O**  
*ep. 140.* Quomodo autem bona ecclesiae terris, fundis, decimis,  
cenibus aliqui reditibus per donationes, testamento, pacta aliaque  
tam sub Constantino M. quam subsequentibus Imp. in dies magis  
crescente superstitione aucta sint, omnia persequi, instituti nostri ra-  
tio non permittit. Uarias istas accessiones bonorum ecclesiae per  
singula secula fuse deducit **T H O M A S S I N V S** de *veter & nov. eccl. dis-*

*cipl. P III. l. I. c. IV. p. ii. seqq.* Praecipuum vero modum acquiren-  
di sine dubio protulit doctrina de oblationibus faciendis,  
bonisque relinquentibus pro salute seu redemptione animae, quam tor-  
vicibus iam *sec. V.* inculcat **S A L V I A N V S** libris *IV.* *aduersus auari-  
tiam*, quos scripsit sub nomine *Timothei* forsitan ad maiorem autorita-  
tem scripto conciliandam. Editi sunt cum eius operibus a **S T E-  
P H A N O B A L V Z I O** notisque illustrati *Parisiis 1689. 8&ta;* Certe  
hae doctrinae hunc effectum habuerunt, vt deinde ecclesia vsque ad  
inuidiam ditata sit. Quis enim tam tenax rerum suarum, vt de fa-  
lute sua aeterna sollicitus, non aliquam ex iis partem in ecclesiam  
conferret, si hoc modo orcum effugere posset.

\*\* Ab eo tempore, quo ecclesia ad Christianos Principes  
peruenit, multisque bonis & opibus abundare coepit, deterior eius  
status factus est, variaque vitia in eam irrepererunt. Hoc conqueri-  
tui **H I E R O N Y M V S** in *vit. Malchi Monachi*: *Ab Apostolis vsque ad  
nostri temporis faciem ecclesia persecutionibus creuit, Martyris coronata  
est, & postquam ad Christianos Principes venit, potentia quidem & dini-  
tis maior, sed virtutibus minor facta est.* Et **B E R N H A R D V S** dicit: *sub  
Christianis imperatoribus profecit quidem ecclesia opibus, defecit vero vir-  
tute.* Nec non **S E V E R V S S V L P I T I V S** dialog. I. c. I. laudat di-  
ctum cuiusdam, qui aurum quod ei porrigebatur, refugit altiori consilio  
protestatus ecclesiam auro non strui, sed destrui. Eodem modo & aliis

Augmen-  
tum bono-  
rum ecclie-  
iae nocuit.

## DE ORIGINE BONORVM MENSES EPISCOPALIS. 23

Patres temporalia ecclesiae bona eorumque nouas accessiones, non  
vt laetitiae, sed vt tristitiae potius & gemituum materiam spectarunt. Episcopo-  
rum vitia  
Cum igitur ab eo potissimum tempore multorum Episcoporum po-  
tentia, principatus, libido & avaritia passim emergerent, iidem circa  
distributionem valde inique egerunt, & pleraque ad se traxerunt. Hoc Eorum ini-  
de statu Episcoporum sui temporis, refert **HIERONYMVS de Se** quitas in ad-  
petem ordin. eccl. c. V. apud **GRATIANVM c. XXII. dist. XCIII.** admixtratione & dis-  
Nunc autem ex quo in ecclisis, sicut in romano imperio, crevit avaritia, penfatione  
perit lex de sacerdote, & visio de Propheta. Singuli quippe per poten- terum ec-  
tiam Episcopalis nominis, quam sibi ipsi illicite absque ecclesia vindicarunt,  
TOTUM quod Luitarum est, in ipsis suis redigunt; nec hoc sibi, quod  
**SCRIPTVM** est (alias adscriptum), vindicant, sed cunctis auferunt  
**VNIIVERSA.** Mendicat infelix clerus in plateis: & civili operi manci-  
patus publicam a quolibet depositum alimoniam. Equidem ex eo despici-  
tur cunctis sacerdotale officium, dum misericordia desolatus, iuste putatur  
ad hanc ignominiam deuenisse. Et infra: Solus incubat bonis, solus mi-  
nisterio veitur, solus **VNIIVERSA** sibi vindicat, solus partes inuidit alienas, solus occidit vniuersos: Paulo post: Hinc proper sacerdotum a-  
varitiam odia consurgunt; hinc Episcopi accusantur a clericis, hinc prin-  
cipium litis, bimē origo criminis &c. Scio quidem, a viris emunctioris  
iudicii hunc tractatum in dubium vocari, & alii auctori seculi septimi  
tribui. Aet fatendum est antiquitatem quandam redolere, licet plu- Multi co-  
rimis mendis scateat; Sicut & **HIERONYMVS epist. II. ad Nepotia** rum maxi-  
num quae indubiae autoritatis est, non disimiles eorum mores de-  
serbit; Ex qua nonnulla excerptis ipse **GRATIANVS c. LXXI.** rituum  
Caus. XII. qui, II. Gloria Episcopi est pauperum impiae prouidere: corum par-  
ignominia sacerdotis est, propriis studere diuitiis. Natus in paupere domo tem ad se  
& in tugurio rusticano, qui vix milio & cibario pane rugientem saturata trahabant  
re ventrem poteram, nunc similam & mella fastidio: Paulo inferius I. ad suum  
Adulsi aedificant parietes, & columnas ecclesiae subtrahunt &c. IDEM avaritiam  
ad Paulinum ibid. Nos suffarcinati auro Christum pauperem sequi & ad ex-  
mum & sub praetextu elemosynae pristinis opibus incubantes, quomodo plendam li-  
possumus aliena fideliter distribuere, qui nostra timide reservamus. Eun. bidinem,  
dem abusum bene notavit **CHRYSOSTOMUS homil. CXXXVI.** in Ipsorum  
Matth. c. XXVII. p. 893. edit. Parisen. et si causam reliquit in laicorum  
avaritiam Sec. IV.  
in- & V.

inclemantium: Annon, inquit, poterant etiam tempore Apostolorum domus & agri ab ecclesia possideri? cuius igitur rei gratia vendentes pecuniam offerebant? quia id multo melius erat profecto. Nunc vero secularium cura rerum vobis fatentibus, timor nostros inuasit Patres, ne dum colligere & seminare nihil studeatis, viduarum, orphanorum & virginum multitudo fame depereat. Quare commoti haec sibi comparare coacti sunt &c. Post pauca addit: Modo autem in procuratores, dispensatores, caupones redacti Episcopi sunt, ob istarum rerum curam & sollicitudinem, cumque oportet ipsos animarum habere curam vestiarum, hoc pratermisso, illa sollicitate curant, quae publicanis, quaestoriis atque villicis curanda sunt, de his quotidie cogitant & perugilant. Post alia: Nec tot probra & convitia sustineremus, quod nimis ad possessiones simus attenti. Illud enim evangelium; *Vade & vende universa quae habes, & da pauperibus, & veni ac sequere me,* opportune nunc ad ecclesiae Praefides, propter latas ecclesiarum possessiones, ac merito dici potest. Non enim sequi Christum aliter possimus nisi omnis crassioris & secularis curae simus expertes. Nunc enim, prob dolor! vendemiae ac messi Dei sacerdotes, & venditioni & emitioni fructuum assunt. Licet ipsi Chrysostomo criminis datum, quod res ecclesiae inconsulto suo clero administraret, & in suos usus converteret, ut notat PHOTIUS in Biblioth. Cod. LIX. Quod ecclesiae redditus nemo novavit, quo abeant. Quod haereditatem a Thecla reliquam per Throdum vendiderit. Non immerito ad ejusmodi Episcopos applicari potest, quod ZOSIMUS licet gentilis & religioni Christianae infensissimus l. V. hist. dicit: *Dum pauperibus omnia erogare videri volunt, cunctos properendum ad inopiam redegere.* Eorum quoque avaritiam describit SULPITIUS SEVERUS dialog. l. I. c. XIV. Inbiant possessionibus emunt vendunque, quaestui per omnia student. Multae eade causa querelae extant, apud AUGUSTINUM ep. L. & passim. Qua de causa ISIDORUS PELUSIOTA qui floruit initio Sec. V. variis epib. ad Cyrilum Alexandrinum conqueritur de Eusebio Pelusii Episcopo & de Presbytero Martiano, qui proventus ecclesiae deglularant, ne minimam quidem eorum partem delibantibus pauperibus; Sic enim l. II. ep. CXXVI. quod pauperum ipsis nulla cura fuerit, verum ecclesiae opes diripuerint, atque in suas ambitiones sumferint. Episco-

DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS. 25

Episcopum autem participem fuisse huius deprædationis, ex eo probatur, quod ille ratiociniis a Martiano fraudulenter confectis, sine praecedente examine, nec teste adhibito subscriperit: *Cum in latebris, nec communicariis cum quoquam rationibus subscriperit, perspicuum est, cum non deceptum, aut circumscriptum fuisse, sed ecclesiastica bona versute labe facta sit.* Erat & Maron eiusdem ecclesiae presbyter & oeconomus, qui res ecclesiae in suam domum converteret, sibique vni vindicaret, cum tamen pauperibus essent distribuenda. Ita l. I. ep. CCLXIX. Olim discipuli venditas facultates ad ecclesiam pauperum causa deferebant: *At tu contra omnino faciens, ecclesiae ac pauperum bona domi tuae impie colligis.* Huic igitur impietati finem impone. Oeconomus enim hic dictus est, quod pauperibus, quae ipsorum sunt, tribuat, *Propria autem ipsorum merito sunt ecclesiastica bona.* IDEM l. V. ep. CCX. Dum quae a piis hominibus, in alimoniam pauperum sunt relata, ea absumento tuum in capitulo conficias, IDEM l. V. ep. XXI, dolet corruptum fuorum temporum statum, dum Episcopi deliciis, opibus & honoribus inharent, nec iam sibi dispensationem rerum ecclesiae creditam esse, sed proprietatem & dominationem iactarent. Tunc virtute præediti sacerdotio admouebantur, nunc avarii & pecuniae cupidi, tunc imperia dignitatesque ob rei magnitudinem defugiebant, ut Nazianzenus, Chrysostomus & alii, nunc vero sponte assumunt ob deliciarum copiam atque innadum. Tunc voluntaria paupertate gloriabantur, nunc habendi cupiditate spontanea que sum faciunt. Recidisse iam sacerdotii dignitatem ad regnandi cupiditatem appetit, ab humilitate ad superbiam, a ieiunio ad delicias prolapsum;

**AD DISPENSATIONE ADDOMINIVM VENIRE.** Non enim ut DISPENSATORES administrare rem volunt, sed ut DOMINI sibi propria vindicant. Add. IDEM l. III. ep. CCXVI. vbi ea de causa multa egregia differit. Alii vero Episcopi tunc temporis, dum ab avaritia abstinerent, Episcoporum vellent, in alia vita, libidinem nempe & luxum incidebant, quo & libido & lux ipso bona pauperibus & ceteris clericis destinata auferabant, eaque xus Sec. IV. ad satiandam suam libidinem & ambitionem conuertebant. Quod & V.

PALLADIUS dialog. de vir. Chrysostomi ann. 400. testatur: *Multi namque ex his, qui dicuntur Episcopi vitium vitio commutant, cupiditatem scilicet vanitate, instruenta mensas & sublimiora aedificiorum moles erigentes &c.* Post pauca: *Haec autem dixerim illorum causa, qui pauper-*

rum opes in hortos pensiles, in aquaeductos aëreos, in lauicrä parum pudica consumunt, quod omnia ad voluptatem peccantium faciunt. Luxum Episcoporum iam tempore GREGOR. NAZIANZENI, qui medio Sec. IV. floruit, maxime inualuisse, patet ex eius *Oration. XXXII.* qua dimissionem petit ab Episcopatu Constantinopolit. vbi ex robatur si bi esse conqueritur, quod nec mensa lauta & opipara, vesle magnifica vñus sit, nec splendide in publicum prodiuerit, nec ob eos, a quibus conueniebatur, granitatem & fasum adibuerit. Eiusmodi Episcopos rebus ecclesiasticis ad suas voluptates abutentes taxat quoque AMBROSIUS Nazianzeni temporibus æqualis ep. LXIX. Dum hi, qui primos locos ambiant, economias pauperum in proprias voluptates & munerum distributiones infumunt, annihilata est canonum sinceritas, licentia peccandi multa est. Quo & pertinet, quod AMMIANVS MARCELLINVS licet gentilis de Episcopis refert l. XXVII. procedere eos vehiculo confidentes, circumspete vestitos, epulas curantes profusas, adeo ut eorum coniuina regales superent mense. Ipsilon quoque luxum coercuit Concil. Carthaginens. IV. ann. CCCXCVIII. c. XV. Ut episcopus vilem suppelleat, & mensam ac viatum pauperem habeat, & dignitatis suae autoritatem, fide & vita meritis quaerat. Quem canonem refert quoque GRATIANVS c. VII. dist. XL.

Fuerunt tamen etiam illis temporibus Episcopi cordati & religiosi, qui non solum aliorum Episcoporum huiusmodi peruersos mores & initiamitatē in administrandis & dispensandis rebus ecclesiasticis valde reprehendebant, sed & qui ipsi puriorei vitam agere studentes res ecclesiasticas, vt proprias non in suis vñus vertebant, sed vt commendatas in pauperes distribuebant, quod testatur PROSPER de vir. contemplat. l. II. c. IX, cuius fragmentum quoque extat apud GRATIANVM caus. XII. qu. l. c. 13. Expedit facultates ecclesiae provideri, & proprias perfectionis amore contemni, non enim propriae sunt, sed communes ecclesiae facultates, & ideo, qui quis omnibus quae habuit dimisiss, aut venditus, sit rei suae contentor, cum PRÆPOSITVS fuerit factus ecclesiae, omnium quae habebat ecclesia efficitur DISPENSATOR. Prouocat ad exemplum Paulini & Hilarii dicens: Tales ac tanti viri non vi possessores, sed vt procuratores, facultates ecclesiae possidebant. Et idcirco scientes nihil aliud esse res ecclesiae, nisi vota fidelium, pretia peccatorum & patrimonia pauperum; non eas vendicauerunt in vñus suos, vt proprias, sed vt commendatas pauperi-

Pur tam  
Episcopi res  
ecclesiasticas  
non in suis  
sed in paupe-  
rum vñus cro-  
gabant.

DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS. 27

ribus diuisirunt. IDEM c.l. c. X. & seqq. docet & clericos & Episcopos ex facultatibus ecclesiae nihil amplius percipere debere, nisi in quantum ipsi egeant, IDEM QVE c. l. contra eos, qui ecclesiam, quam de propriis facultatibus iuuare debuissent, suis expensis insuper grauabant, valde inuehit. Vnde iam Concil. Antioch. I. ann. CCCXL. c. 25 Hoc & Conci-  
 & Canonibus dictis Apostolorum constitutum, vt Episcopi nihil in suos  
 vñs erogent, nisi ipsi sint egentes. Et in Concil. Cartbag. IV. ann.  
 CCCXCVIII. c. 31. ut Episcopus rebus ecclesiae tanquam commendatis,  
 non tanquam propriis vtatur. Idem extat apud GRATIANUM caus. XII.  
 qu. II. c. 52. Et in pura ecclesia talem morem semper obseruatum fu- Et vñs ecclae-  
 iffe, vt Episcopi diuites ex proprio non ex ecclesiae redditibus sustenta-  
 rentur, patet ex CHRYSOSTOMO de Sacerd. l. III. c. XV. Populum ali-  
 quando eligere diuitem in Episcopum, vt non indigeat alimentis ex ecclesiae  
 prouidentis quaestis. Quin nonnulli Episcopi paupertatem libenter  
 sustinebant, quo ex rebus ecclesiasticis pauperibus largius proficere  
 possent. Exemplo suo comprobat THEODORITVS Episcopus Syriæ  
 ep. 113. dicens: *Quod autem cum tot annis fuerim Episcopus, non domune  
 Possederim, non agrum, non obulum, non sepulchrum, sed sponte electam  
 amplexus sim paupertatem, & quae nobis a parentibus obuenerant, post il-  
 lorum mortem statim distribuerim, noruunt omnes, qui in oriente habitant.*  
 IDEM ep. 123. ad Vranium Emesae Episcopum scribit. *Id quidem certe  
 scito, o Domine, quod cum alii Deo dilectissimi Episcopi eulogias mihi misse-  
 rint, illas minime accepi, non quod illos qui eas miserunt contemserim, sed  
 quia abduc ab eo necessarium victimum habemus, qui etiam coruis abundantier  
 illum largitur: tuae vero pietati nibil tale fecit.* Huius rei egregium ar-  
 gumentum in vtramque partem tam de opibus, quam paupertate non-  
 nullorum Episcoporum Sec. IV. profert SEVERVS SVLPITIUS His-  
 Sacra l. II. p. m. 154. quod nempe in Concilio Arminiensi Episcopi  
 Aquitani, Galli & Britanni annonas & cellaria, id est, metata seu hos-  
 pitia, quae Constantius Imp. iis dare præceperat, tanquam ipsis inde-  
 cens visum, respuissent, siisque sumtibus viuere maluissent; tres au-  
 tem e Britannia tenuiores fiscalibus oblatis vñs sint, sanctius putantes  
 fiscum grauare, quam singulos. Et subiicit SVLPITIUS: *Hoc ego  
 Gaudium Episcopum nostrum quasi obre et antem referre solitum audiui,  
 sed longe aliter senserim, laudique attribuo Episcopos tam pauperes fruiſſe*

D 2

vñ



*ut nibil proprium haberent, neque ab aliis potius, quam si sacerdotibus funderent, ubi neminem gravabant, ita in utrisque egregium exemplum.* De aliis Episcopis qui Sec. IV & V. adeo pauperes fuerunt, ut ad concilia generalia propriis sumtibus iter facere non possent, sed sumtibus a principibus ipsis concessis uterentur vid. *Eusebius de vit. Constant. M. l. II. c. VI.*  
*Theodorevs l. I. c. XVI. Nicephorus l. X. c XIV.*

## §. IV.

Postea diuisio quartarum introducta, & Episcopo quarta redi tuum pars assignata.

Haec autem iniqua nonnullorum Episcoporum dispensatio prouentuum ecclesiae occasionem praebuit, ut certus a legibus ecclesiasticis praescriptus sit distribuendi modus, qui & in plurimis ecclesiis receptus, nempe ut omnium redditum quatuor partes fiant: quarum una detur pauperibus, altera clericis, tertia fabricae, quartam Episcopus retineat, tam pro sua sustentatione, quam hospitalitatis causa exercendæ.\*

Ob iniustam Episcoporum administrati onem diuisio quartarum instituta,

\* Non veri absimile est, istorum Episcoporum dissolutos mores in minus recte & sincere administrandis ecclesiae bonis, qui multas litas & querelas tunc pariebant, ut §. anteced. dictum est, hanc distributionis legem peperisse; Ut enim huic gliscenti malo occurreretur, non sine noua sed necessaria iuris remissione omnes ecclesiae prouentus in quatuor partes diuisi sunt. Hoc ipsum confitetur *THOMASSI* n. v. de ver. & nov. eccl. discipl. P. III. l. II. c. XII. n. 9. p. 314. Iam vero quod perstrinximus hac portionum lege obuiatum esse auaritiae Episcoporum & Clericorum cupiditati, noua quadam, sed tum necessaria indulgentia, id vero ne in controversiam quidem iam venire potest. Plura enim sunt exempla, ubi rupacitati Episcoporum irascibantur pauperes, pauperumque flagrantissimi defensores. Ea erga non improbabiliter occasio fuisse coniicitur eius partitionis facienda. Add. *FR. DVARENVS de Sacr. eccl. ministr. L. II. c. I. p. 146.* qui idem non negat, hanc dispensandi rationem introductam esse ob cupiditatem male administrantium. Quo tempore haec distributio canonica & quadripartita redi tuum ecclesiae in Episcopum, in Clerum, in Pauperes & in Fabricam instituta sit, non facile constat. Si fides tribuenda est *Concilium Romæ* 80

An Sec. IV.  
diuisio quartarum sit in-  
troducta?

DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS. 29

no anno CCCXXIV, sub Sylvestro habito c. IV, apud FRANCISCA COMRIOLANO in summa Concilior p. 200. eo iam tempore redditus ecclesiae quadripartiti sunt. Communes autem omnibus mibi consortibus monumenum hoc, ut de redditibus ecclesiae quatuor partes sint, quarum una cedat pontifici ad sui sustentationem; altera presbyteris & diaconis & omnini clero: tercias templorum & ecclesiarum reparations: quarta pauperibus & infirmis & peregrinis. Huius autem Conciliis autoritati multum detrahit HINC MARVS Archiepiscopus Remensis qui ep. XLVIII n. 21, Opp. T. II, p. 793. quam sub nomine Caroli II. Imp. ad Ioannem Papam scripsit, hoc iudicium de eo fert: Ceterum, quoniam quasi in autoritate presertim: Sanctum Sylvestrem Papam decreuisse talia, quae Catholicæ ecclesiæ inter Synodalia decreta non computantur, quae maiores nostri inde nobis tenenda suis posteris reliquerunt, hic necessarium ponere duximus, conf. PETR. de MARCA de concord. Sacerdot. & Imper. l. I. c. XI. n. 4. p. 65. Certius statuendum est ante Sec. V. nulla lege Demum Sec. ecclesiastica hanc diuisionem in quatuor partes esse praeceptam. Primum V. praecepta, mus eam obseruandam iussit SIMPLICIVS, qui sedi Papali praeftuit ab anno 467. usque ad annum 483. licet non negandum sit, hanc distributionem iam ante consuetudine quadam in ecclesiis passim fuisse introductam, sicut & SIMPLICIVS Papa tanquam de re visitatissima loquitur. Occasionem huius constitutionis dedit GAUDENTIUS Aufinensis Episcopus, qui praecriptas regulas in sectione reddituum ecclesiae non obseruauerat. Qua de causa Pontifex SEVERUM Episcopum delegauit, ut redditus ecclesiæ in quatuor partes secentur. Ita enim ep. III. scribit: Simul etiam de redditibus ecclesiæ vel oblatione fidelium quid deceat ne scient, nihil licere permittas, sed sola ei ex his quarta portio remittatur, duac ecclesiasticis fabricis & erogationi peregrinorum & pauperum profuturæ, ab Onagro Presbytero sub periculo sui ordinis ministretur, ultima inter se Clericis pro singulorum meritis dividatur. Tres illæ portiones, quas per triennium dicitur sibi tantummodo vindicasse, restituuntur. Haec quoque sed mutilata refert GRATIANVS c. XXVIII. can. XII. qu. II. SIMPLICIVM secuti sunt GELASIVS & GREGORIVS M. qui See. VI. & sequentibus hanc diuisionem in omnibus ecclesiarum redditibus sive ex bonis non confirmata, viter acquisitis, sive ex dote ipsa prouenerint, faciendam esse rescripserunt, ut extat apud GRATIANVM Caus. XII. qu. II. c. XXIII. XXIV.

Cumque ab Episcopis Siciliae visitatum fuerit, ut antiquos saltrem redditus in quatuor partes distribuerent, nouiter vero acquisita suis visitibus retinerent, hanc consuetudinem correxit **GREGORIVS M. l. III. ep. XI. p. 41.** apud **GRATIANVM c. XXIX.** *ibid.* Add. **GREGORIVS M. l. IV. ep. XLII p. 60. & l. XI. ep. XLVII. p. 179. vbi quedam singularia de hac diuisione disponit. Quod autem vni & soli Episcopo**

Quarta omnium prouentuum portio assignata sit, cum tamen reliqui Clerici in universum pari portione contenti esse deberent, haec ratio erat, quod praeter suam propriam sustentacionem & adueniarum, hospitium & captiuorum cura ipsi mandata esset, ut patet ex **GELASII ep. X.** apud **GRATIANUM c. II. Caus. XVI. qu. II.** Reliquum sibi Episcopi vindicent, ut, sicut ante diximus, peregrinorum atque captiuorum largiores esse possint. Nec non ex **GREGORII M. ep. 17.** ad Augustinum Anglorum Episcopum **l. XII. c. I.** *indict. VII. p. m. 193.* & apud **GRATIANUM Caus. XII. qu. II. c. 8.** quatuor fieri debent portiones, vna videlicet Episcopo & familiae eius propter hospitalitatem & susceptionem.

Licet quidem hic mos potissimum Romanae ecclesiae fuerit, istius sedis tamen Praefules eum in aliis ecclesiis introducere studuerunt, dum Episcopis nouiter ordinatis praeceptum traderent, vt in suis ecclesiis hanc quadripartitam diuisionem obseruarent, vt **GREGORIVS M. c. l.** refert; idem tamen **GREGORIVS** maluit, vt Episcopus omnia in commune cum suis Clericis possideret, quod & in Anglia ab Augustino introductum fuit. Sed, inquit, quia tua fraternitas monasterii regulis erudita seorsim vivere non debet a Clericis suis: in Ecclesia Anglorum hanc debet instituere conversationem, quae initio nascentis ecclesiae fuit Paribus nostris, in quibus nullus eorum ex his, quae possidebat suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. In his igitur ecclesiis, vbi communis vitae societas erat instituta, sectio in quatuor partes nullum habuit locum, quia Episcopo & Clero de communi ecclesiae patrimonio sustentatis, superluua omnia, de patrimonio pauperum in pauperes erant eroganda, quod **GREGORIVS** paulo post in verbis ultimis exprimit: **Communi autem vita viuentibus iam de faciendis portionibus, vel exhibendis hospitalitate, & adimplenda misericordia, nobis quid erit loquendum, cum omne quod supereft, in causa piis ac religiosis erogandum est domino docente, quod supereft, date eleemosynam.** Eadem extant apud **GRATIANUM**

DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS. 31

TIANVM caus. XII. qu. I. c. 8. Add. BE DA Histor. anglic. l. I. & l. IV.

c. XXVI. In illis autem ecclesiis vbi nulla communio obtinebat, & v-

bi partitio canonica erat introducta, Episcopus quarta parte conten-

tus esset debebat, & ultra eam ex reliquo nihil amplius accipiebat. Fal-

litur ergo, meo iudicio, MARC. ANTON. de DOMINIS qui l. IX. de

rep. eccles. c. VII. n. 41. p. 81. putat: Episcopum, si tota quarta pars ei

non satis fuisset pro ipsis honesta & frugali sustentatione, ante omnia

ex tota massa sibi plene prospicere potuisse, & tum demum reliquum

in tres partes diuisum esse. Etenim hoc modo fieri potuisse, Episco-

pum totam massam, vel maximam eius partem, si eam ad suam prouisio-

nem necessariam existimaret, absumente, nihilque vel parum, quod in-

ter Clericos, Fabricam & Pauperes diuidi potuisse, reliquise: quod

tamen contra institutum ecclesiasticum fuisset, cum haec distri-

butio ideo introducta, ne Episcopi omnia vel pleraque auferrent, &

vt etiam Clericis, Fabricae, & pauperibus sufficiens & necessaria por-

tio salua esset; quae autem intentio tunc plane elusa, & remedium

diuisonis omnino frustra fuisset. Quomodo autem haec distribu-

endi ratio in Italia, Gallia, Germania & Hispania (licet in Hispania

saltem tres fuerint partes, deficiente quarta pauperum, quae sine du-

bio latebat in parte Episcopi & Clericorum) paulatim introducta &

per plura secula obseruata fuerit, id prolixè dedit LUDOV. THO-

MASSINVS de veter. & nov. eccles. disciplin. P. III. l. II. c. XIII pag. 313\*

seqq. add. MARC. ANTON. de DOMINIS de Republ. eccles. l. IX. c. VII.

n. XII. p. 76, seqq. CASP. ZIEGLERVS. de doce ecclesiae c. IX. n. 13.

p. 203, seqq. PAVLVS SARPIVS tr. des benefices ari. VII seqq. 10.

LAVNOIVS de cura ecclesiae pro pauperibus.

¶ V.

Haec famosa partitio quartarum paulatim in desuetu-

Canonica

vita intro-

ducta &

multis cle-

ricis certis

prouenti-

bus assigna-

tis, diuisio-

mis quartarum

mensam sustinendam, certi prouentus erant assignati, haec

distributio raro obseruaretur \*\*; sed & multis clericis, inpri-

tis, diuisio-

## 32 DISSERTATIO IN AVGVRALIS

sensim exo-  
leuit, & epi-  
scopi pluri-  
mos eccl-  
esiae reditus  
traxerunt, ad suam sustentationem sibi iterum adscripserunt \*\*\*.

Olim clericis  
dicti sunt ca-  
nonici a cano-  
nici a matricu-  
la, stipendio,  
Post a canone  
s. regula.

Ab his hodi-  
erni canonici  
deriuandi.  
Primus Gode-  
grandus tem-  
pore Pipini  
eos instituit.

Ratio huius  
instituti.

mis parochis ad eorum sustentationem, nec non fabricae  
ad templorum restorationem, item pauperibus ad ipso-  
rum alimentum, seorsim quaedam bona, nulla ratione qua-  
siae reditus tripartite divisionis habita, passim concederentur. Et in-  
terum ad se de Episcopi maximam redditum ecclesiasticorum partem

traxerunt, ad suam sustentationem sibi iterum adscripserunt \*\*\*.

\* Licit olim quilibet clericis, tam a canone seu *matricula*, cui  
inscripti erant, quam a canone seu *stipendio*, quo alebantur, canonici  
dicerentur, ut plenius ostendunt *THOMASSINV* de veter & nov.  
*eccl. disciplin.* *P. I. l. III. n. 4.* p. 639. seqq. & *GERARDVS DVBOIS*  
*bisbor. eccl. Parisiens.* *l. XI. c. I. §. 5.* p. 320. nec non *l. XI. c. VII. pag.*

*780. seqq.* Attamen tempore Pipini & Caroli M. non amplius ab  
illo ecclesiae canone seu matricula aut stipendio, sed a canone seu  
*regula vitae*, quae ipsis seruanda praescribatur, canonici dici coope-  
re, & ab eo demum tempore hodierna Canonorum ratio deriuari de-  
bet. Enim tempore Pipini *GODEGRANDVS*, vel *Chrodogandus*,

*vt SIGEBERTO* ad an. 764. vel *Ruotgangus* *vt LAMB. SCHAF-*  
*NABVRGENSI* ad ann. 765. & *CHRON. LAVRISHAM.* Me-  
tensium Episcopus (de quo plura vid. apud *PAVLVM VVARNE-*

*FRIDVM de Episcop.* *Metens.*) Clericos suos primum congregauit,  
cum ad vitae communis societatem, tum ad quaedam velut claustra  
ad instar Monachorum, certas illis regulas viuendi ex canonibus ex-  
cerptas praescribens, ut testatur *PAVL. DIAGONVS* apud *DV CHES-*  
*NIVM Hisbor. Franc.* *T. II. p. 204.* Hic clerum adunauit, & ad instar  
*coenobia intra claustrorum septa conuersari fecit, normamque eius insti-*  
*tuit, qualiter in ecclesia militare deberent &c.* *Quod usque ad id tempus*  
*in Metensi ecclesia factum minime fuit.* Occasio huius instituti sine  
dubio fuit, quod illis temporibus deperdit & corrupti clericorum  
mores vbiique inualuisserent, qui ut reprimerentur, & clericis ad hone-  
stem piamque vitae ac morum rationem asluefierent, Chrodogandus  
hoc vitae genus introduxit, vt hoc ipse in prolegom. regulae a se pro-  
positae apud *LABBEVM Concilior.* *T. VII. p. 1445.* exponit. *Cum in*  
*tantam negligentiam clerum plebemque deuenisse consiperem, coepi moe-*  
*bus*

stus conquirere, quid agere debeam, sed diuino fultus auxilio, fratrumque  
 spiritualium consolatione adiutus volui necessitate compulsum parvulum de-  
 cretulum facere, per quod se cleris ab illicitis coercet, vitijs deponat,  
 mala diu longeque usurpata derelinquat, ut dum mens ab assuetis vitiis pa-  
 cuatur, facilius quae bona optimaque sunt, inseraneur. Haec regula  
 XXXIV capitulis constans reconsentur LABBE O c. l. p. 1446. Huius Id alii episco-  
 exemplum mox passim imitati sunt alii Episcopi, dum clerum suum <sup>pi</sup> imitati  
 cathedralis ecclesiae coadunarent, & secundum canones in Conci-  
 liis dispersos viuire docerent. Hoc quoque institutum valde pro-  
 mouit CAROLVS M. iussitque, vt omnes Clerici vel regulariter, Et a Carolo  
 LVS M. in Concilio Aquisgran. ann. DCC LXXXIX. c. 73. apud LABB. a regularibus  
 BEVM T. VII. p. 985. & in Capitul. l. I. c. 71. apud BALVZIVM l. c. monachis.  
 I. c. 69. p. 714. Simul & hoc rogare curauimus, ut omnes ubique, qui  
 se voto Monachiae vitae constringerent, monachice & regulariter omnimo-  
 dis secundum votum suum viuant. Paulo post: Similiter, qui ad cleri-  
 catum accidunt, quod nos nominamus canonican vitam, volumus ut illi ca-  
 nonice secundum suam regulam omnimodi viuant, & Episcopus eorum  
 regat vitam, sicut Abba Monachorum. Et eadem distin<sup>tio</sup> seruata a-  
 pud LABBEVM c. l. c. 77. & apud BALVZIVM c. l. c. 75. de cle-  
 ricis, qui singunt esse Monachos: ut vel veri Monachi sint, vel veri ca-  
 nonici. In Append. Capitul. Caroli M. c. IX. p. 792. De relinquentibus  
 seculum, ut unum e duobus eligant, aut pleniter secundum canonican,  
 aut secundum regularem institutionem viuire debeant. Idem repetitum  
 pleniusque explicatum est in Capitul. Caroli M. anno DCCCII. ex leg.  
 Longobardor. l. III. Tit. I. c. 8. apud BALVZIVM T. I. c. 37. p. 335.  
 Eiusdem Capitular. ann. DCCCII. c. 22. apud EVNDEM p. 369.  
 Eiusdem Capitular. ann. DCCCXIII. c. 4. apud EVNB E MP. 503. Hæc  
 quoque vita Canonica magis stabilita est Concil. Arelatens. VI. c. 6.  
 apud LABBEUM T. VII. p. 1236. Moguntinens. c. 9. p. 1244. Rbemens.  
 II. c. 8. p. 1253. Turonen. III. c. 23. seqq. p. 1264, quae omnia anno In primis a Lu-  
 DCCCXIII. sub eodem Imp. CAROLO M. habita sunt. Cum douico Pio  
 autem horum Canonicorum vita haec tenus pro varietate ecclesiarum certa regula  
 canonicas vaga praescripta.

vaga & diuersa fuerit, in Concil. Arelatens. anno DCCOXVI. inbente Imp. LUDOVICO Pio certa viuendi forma & regula praescripta est, quae extat in T. VII. Concilior. p. 1313. Idem patet ex Ludouici Pii Capitul. Aquisgran. eodem anno c. 3. apud BALVZIVM Capitul. l. I. c. 79. p. 718. Quia vero canonica professa a multis, partim ignorantia, partim desidia debonestabatur, opere pretium duximus, Deo amiente, apud sacrum conuentum ex dictis Sanctorum Patrum velut ex diuersis pratis quosdam vernantes flosculos carpendo in unam regulam canonorum & canonistarum congregare, & canonici vel sanctimonialibus seruandam contrinere, et per eam canonicus ordo absque ambiguitate posse seruari. Quod in hoc conuentu Imp. Ludouicus Pius librum canonicae vitae normam gestantem componi fecerit, confirmat AVCTOR vitae Ludouici Pii, & AIMOVINS l. V. c. X. add. ADEMARVS Chabanensis in chronico apud LABBEVM biblioth. nov. Msst. T. II. p. 158.

\*\* Evidemiam olim a multis episcopis in suo clero talis communis vita erat instituta, ita ut communis mensa & domo vterentur, quod supra s. I. n. 3. ostendimus. Verum tales clerici nondum erant adstricti ad certam regulam, quales canonici tempore Pipini & Carolingorum; hinc licet GREGORIVS TVRONENSIS qui vixit Sec. VI. in hisp. Franc. l. XI. c. XXXI. T. I. Script. Franc. p. 457. iam mentionem faciat mensae canonistarum, per eam tamen nihil aliud intelligi potest; quam mensa clericorum, quia eo tempore clerici, qui stipendio ecclesiastico alebantur vel matriculae erant inscripti, promiscue canonici dicti, ut not. praeced. obseruat; quod & patet ex eodem TVRO NENSI in vit. Patr. c. IX. vbi de Abbe Patroclo refert: ita vacabat ie- niss, ut nec ad coniuinium MENSÆ CANONICÆ cum reliquis accederet CLERICIS. Quod audiens Archidiaconus, frendens contra eum ait; aut cum reliquis fratribus cibum sume, aut certe discede a nobis. Non enim recte videtur, ut dissimiles cum his habere vltum, cum quibus ecclesiasticum im- nonicis men- plere putans officium. Dicitur igitur hic mensa canonica eorum clericorum, qui nullam certam regulam praescriptam habebant. Postquam ve- ro temporibus Pipini ac Carolingorum Canonici, qui certam regulam profitebantur, orti sunt, in his quoque communio introducta, quae in communi claustro, refectorio & dormitorio consiliebat. Et quidem CHRODEGANDVS in regula suis canonicis praescripta cap. XXI. ha-

In multis ec-  
clesiis iam  
olim mensa  
clericorum  
communis

In primis ca-  
nonicis men-  
sa communis

plere putans officium. Dicitur igitur hic mensa canonica eorum clericorum, qui nullam certam regulam praescriptam habebant. Postquam ve-

ro temporibus Pipini ac Carolingorum Canonici, qui certam regulam profitebantur, orti sunt, in his quoque communio introducta, quae in communi claustro, refectorio & dormitorio consiliebat. Et quidem CHRODEGANDVS in regula suis canonicis praescripta cap. XXI.

DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS. 35

hactenus inedito apud LABBEVM T. VII. p. 1454. ita de mensis in clauſtro ordinandis diſponit: *Prima mensa Episcopi cum hospitibus & cum peregrinis ſit, & ibidem Archidiaconus, vel quibus Episcopus iuſſerit ſedent: Secunda mensa cum Presbyteris (ſic! ſedent canonici clauſtrales): Tertia cum Diaconibus: Quarta cum Subdiaconibus, Quinta cum reliquo Gradibus. Sexta cum Abbatis, vel quos iuſſerit Prior. In Septima reficiunt clerici canonici, qui extra clauſtra in ciuitate commandant, in diebus dominicis, vel ſeſtivitatibus praecellari. Sic & ſub Carolo M. in conciliis & capitularibus decretum, ut clerici mensam ac dormitorium commune habent. Concil. Mogunitenſ. ann. DCCCXIII. c. 9. apud LABBEVM T. VII. p. 1244. In omnibus igitur, quantum humana fragilitas permittit, decreuimus, ut canonici clerici canonice viuant, obſeruantes diuinæ ſcripturae doctrinam & documenta Patrum &c. in quoque episcopatu ut simul manducent & dormiant, vbi his facultas id faciendi ſuppetit. Idem extat apud IVOLEM P. VI. c. 402. GRATIANVM diſp. V. de conſecrat. c. 34. & apud BALVZIVM capit. l. V. c. 185 p. 859. Hoc & conſiruatum Concil. Turonens. III. eodem anno c. 23. apud LABBEVM p. 1264. Canonici & clerici ciuitatum, qui in Episcopio conuerſantur, conſiderauimus ut in clauſtri habitantes, ſimil omnes in uno dormitorio dormiant, ſimilque in uno reficiantur reſectorio, &c. Etiā Synod. Roman. sub Eugenio II. ann. DCCCXXVI. c. 7. apud LABBEVM T. VIII. p. 107. & GRATIANVM cauſ. VII. qu. I c. 3. itaque omnibus vnum ſit reſectorium ac dormitorium. Nec non in Concil. Meldens. sub Carolo Caluo anno DCCCXLV. c. 53. T. VII. p. 1836. Ut canonici in ciuitate, vel monaſterio ſicut conſtitutum eſt, in dormitorio dormiant, & in reſectorio comedant. Idem repetitum eſt in Caroli Calui Capitul. ann. DCCCXLVI. tit. 7. c. 53. apud BALVZIVM T. II. p. 35. Non ſolum autem Canonicis interſe vna erat Episcopi quodomus, vna mensa, vna omniū rerum ſocietas & communio, fed & que vitam capi Episcopus eandem vitam & ſocietatem regularem cum canonicis ob-ponitcam age-ſeruare debebat, quod docet decretum Concil. Pontigonens. anno re debebant. DCCCLXXVI. ſub eodem Carolo c. 8. apud BALVZIVM T. II. p. 241. Ut Episcopi in ciuitatibus ſuis proximum eccleſias ſuae clauſtrum inſtruant, in quo ipſi cum clero ſecundum canonicanam regulam Deo militent. Altatendum eſt, epifcopos rariffime in has congregations & ſocie- Sed raro hoc ta-factum.*

tes communes se inclusisse; cum ipsi iam iis temporibus aulicis ac militaribus expeditionibus ita erant implicati, ut his occupationibus dissentient vix in huiusmodi secessus possent se recipere. Quod episcopi eo iam tempore negotiis aulicis multum fuerint occupati colligi potest ex KARLOMANNI *Capitul.* ann. DCCCLXXXII. tit. 3. c. 7. apud BALVZIVM T. II. p. 288. add. REGINO de discipl. eccl. l. I. c. XVII. p. 38. In constitutione autem huiusmodi canonicorum canoniconum semper antea prouentus necessarii ad vitam communem agendam vel prouentus ab episcopis vel ab aliis fundatoribus, sunt assignati. Sic & Chrodegandus introducta canoniconum congregatio, ipsi etiam certos redditus deputauit. Quod testatur PAVLVS DIACONVS T. II. Script. Franc. p. 204. Quibus annonas vitaeque subsidia sufficienter largitus est, vi perituri vacare negotiis non indigentes. diuinis sollemmodo officiis excubarent. Sic & Carolus Simplex, vbi duodecim canoniconum collegium fundaret, ad mensam eorum certa bona contulit. BALVZIVS in append. ad Lupum p. 523. Capella in qua duodecim ordinis ecclesiastici viros statim, qui diu nocturne diuina horis competentibus frequentibus officia &c. ad usum fructuarios mensae canoniconum, de rebus nostris ibidem contulimus. Hinc illud praecipuum Concil. Moguntinens. e. g. c. l. quo omnes clerici mancipati sunt vita canonicae limitatum est in verbis: Vbi bis facultas id faciendi suspetit, vel qui de rebus ecclesiasticis stipendia accipiunt. Vbi autem ecclesia inopia laborabat, recursus fierat ad principem, qui de fisco suo terras ad claustra extruenda liberaliter concedebat; quod expresse constitutum LVDOVICI Pii *Capitul.* ann. DCCCXIX apud BALVZIVM l. IV. c. 50. p. 78. & l. V. c. 264. p. 877. idem confirmatum Concil. Meldens. ann. DCCCXLV. c. 53. apud LABBEVM T. VII. p. 1836. nec non CAROLI Calui *Capitul.* ann. DCCCXLVI. tit. 7. c. 53. apud BALVZIVM T. II. p. 35. it. EIVSDEM *Capitul.* anno DCCCLXV. tit. 37. e. g. T. II. p. 198. add. Charta CAROLI Calui ann. DCCCXLII.

Hinc in colle- apud MABILLONIVM de re diplomatis. l. VI. n. 82. p. 527. Ex his  
giis canonico- satis patet, in collegiis canoniconum illam quadripartitam distribuicio-  
rum diuinfo- nem ut plurimum nullum locum habuisse, dum episcopus' omnes ex-  
in quatuor pensas sustinere debebat, pro modo & facultate ecclesiae; quod &  
partes raro obseruata. testatur Concil. Turonens. III. c. l. Vielum & vestitum iuxta facultatem  
Epi-

## DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS. 37

Episcopi accipiant, ne paupertatis occasione compulsi per diuersa vagari cogantur. Hoc & confirmat Concil. Aquigranens, ann. DCCCXVI. c. 18. & 19 vbi & damnatur quorundam Episcoporum & Praepositorum avaritia vel superbia, qui in congregationibus sibi commissis solummodo seruos adsciscebant, quo eos facilius iustis stipendiis defraudare possent, ut haec ipsa ratio subiicitur: & hoc ideo facere videntur, vt si quando eis aliquid incommodum fecerint, aut stipendia opportuna subtraherent, nibil querimoniae contra se obticere praesumant; timentes scilicet ne aut severissimis verberibus afficiantur, aut humanæ servituti denuo crudeliter addicantur.

Plena sunt omnia fere concilia sub Carolingis habitata, nec non aliorum Episcoporum scripta querelarum de nonnullorum episcoporum avaritia ac rapacitate in consumendis rebus ecclesiae. Cum igitur eo tempore multi episcopi cum his canonicorum congregationibus inique & vitricorum more saepius agerent, quod non semper necessarios sumtus ad sustentationem, multo minus quartam partem omnium reddituum concederent; minime mirandum est, si vel episcopi religiosi, vel imperatores, vel alii priuati fundos redditusque largiter in haec collegia transtulerint, & sub severis execrationibus prohibuerint, ne a successoribus auocarentur. In nonnullis

principia ratio fuit avaritia episcoporum.

tamen ecclesiis quadripartite sectionis ratio adhuc est habita, & canoniceis quarta pars addicta, cuius exemplum extat apud **AVTOREM** vita S. Adalberti Seculo X. apud **MABILLONIUM** Sec. V. Bened. p. 853. qui ita loquitur: *Adalbertum res ecclesiasticas sub aequa divisione distribuisse in quatuor partes: primam partem, pro necessariis vel ornatis ecclesiae, secundam canonicorum commoditatibus adscripsit, tertiam vero in agmina pauperum profusa miseratione expendens, ultimae partis summulam pro suis usibus seruat.* Idem obtinuit in collegio canonico- rum Mucinenium, ut hoc refertur in *Italia Sacra* T. II. p. 123. vbi Hugo & Lotharius reges ann. 934. quartæ partis concessionem canoniceis ab Episcopis factam confirmarunt: *Canonicae congregationi Episcopi concessere quartam partem de omnibus rebus ad supradictam sedem pertinentibus, id est, tam de domibus quam de cacteris aedificiis, terris cultis & incultis, agris &c.*

\*\*\* Primaria causa, quod haec distributio in quatuor partes

E 3

Qua ratione  
haec distri-  
butio sensim  
sen - desierit.



Sensum euiluerit, sine dubio fuit, quod Episcopi, cum viderent, patrmonia ecclesiae in dies magis crescere, annixi sint, qua ratione uniuspersa iterum ad se rapereb<sup>t</sup>, aliasque portiones, quantum possibile eset, supprimerent atque delerent: Quod, cum via directa & aperta auferendo reliquis totam universitatem contra leges ecclesiasticas toutes istam diuisionem inculcantes, procedere non possent, indirecta scopus suum consecuti sunt, dum tam clericis, quam fabricae, nec non pauperibus certa bona assignarent, reliquum vero, quod maximam faciebat partem, sibi retinerent, cui facto tam ob coecam superstitionem illorum temporum, quam ob nimis adultam Episcoporum potentiam nemo contradicere volebat vel audebat, in primis cum Romani Pontifices toti fere orbi imperantibus hoc approbarent. Et quidem prima ratio, quod haec quadripartita sectio in desuetudinem abierit, est, quod Episcopi clericis suis quaedam bona in titulum beneficii saepius assignauerint. Sic enim Concil. Agathian. ann. DVI. c. 22. & apud GRATIANVM Caus. XII. qu. II. c. 32. decretum: *ut ciuitates, siue dioecesi presbyteri vel clerici salvo iure ecclesiae, rem ecclesiae, scut permisérunt episcopi, teneant;* & c. 49. apud GRATIANVM c. 35. ita caetur: *Diaconi vel presbyteri in parochia constituti de rebus ecclesiasticis sibi creditis nihil audeant commutare, vendere &c.* Nec non in Concil. Toletan. IV. ann. DCXXXVIII. c. 5. apud GRATIANVM c. 72. *Quis propero prouidentes decernimus, ut si quis clericorum stipendium de rebus ecclesiasticis cuiusquam episcopi percepti largitate, sub precariac nomine debeat professionem scribere.* Et in Concil. Aurelian. IV. ann. DXLV. c. 34. *Quisquis agellum ecclesiae ad diem vitae sua pro qualunque misericordia, & Sacerdoce accepit possidendum &c.* Ex quibus manifeste constat iam eo tempore passim clericis, in primis parochis, qui saepe remotores erant a fide episcopali praedia iure quodam beneficiorum ab episcopis data esse; & licet haec beneficia plerumque essent arbitria, nec ad successorem transitoria, paulatim tamen inualuit, ut fierent perpetua, vt hoc prolixius deducit THOMASSINVS P. III. l. II. c. XVI. & XIX. add. BOEHMERVS l. III. tit. V. §. XLIX. Altera ratio, quod haec sectio in quatuor partes cessauerit, fuit, quod ad reparacionem ecclesiae aliqui fundi certi sint segregati, laicisque iure beneficiario concessi, ea conditione, vt ecclesiastas fastas ac testas conservauerentur.

Altera ratio  
fuit quia &  
fabricae fundi  
seorsim defini-  
nati,

DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS. 39

rent. Quod probat Concil. Francofurtiens. ann. DCCXCIV. c. 26. apud LABBEVM p. 1051. Ut domus ecclesiærum & tegumenta ab iau- fiant emendata, vel restaurata, qui beneficia exinde habent. Et Concil. Are- lacens. VI. ann. DCCCXII. c. 25 p. 1238. Ut si quis beneficium de rebus ecclesiæ habet, ad ista eiusdem ecclesiæ restauranda, vel ad ipsas ecclesiæ adiuvandas omnino adiuvet. Quod & confirmatum Concil. Moguntiac. eod. anno c. 42. p. 1251. Quicunque beneficium ecclesiasticum habent, ad testa ecclesiæ restauranda, vel ipsas ecclesiæ emendandas omnino adiuvent, & nonam & decimam reddant. Idem plenius adhuc constitutum Concil. Turonens. III, eod. anno c. 46. p. 1263. Sic & Capital. LVDOVI- c. I. pii ann. DCCCXIX, apud BALVZIVM T. II. l. IV. c. XL. p. 734. De opere vero & restauratione ecclesiærum Comes & Episcopus sive Abbas unicum Missio nostro, quem ipsi sibi ad hoc elegerint considerationem faci- ant, ut unusquisque eorum tantum inde accipiat, ad operandam & restau- randum, quantum ipse de rebus ecclesiærum habere cognoscitur. Post pau- ca: Aut si inter eos conuenierit, ut pro opere faciendo argentum donent iux- ta assimilationem operis in argento persolvant: cum quo pretio rector eccle- siae ad praedictam restaurationem operarios conducere & materiam emere possit &c. Idem confirmatum Capital. ann. DCCCXIX, apud BA- LVZIVM l. V. c. 277. p. 880. & Concil. Meldens. ann. DCCCXLV. c. 62, apud LABBEVM p. 1838. Add. REGINO de disciplina eccles. l. I. c. 36. p. 44. & BALVZIVS ad Reginonemp. 546. Tale praeceptum LVDOVICI I. extat quoque in Actu ecclesiæ Cenomanensis apud BALVZIVM Miscell. To. III. p. 27. segg. add. EIVSDEM Charta apud BALVZIVM T. IV. Miscell. p. 422. Quod autem haec distri- Tertia ratio butio quartarum paulatim oblitteratur, tertia quoque ratio addi pot- fuit quod & est: nam ipsi quoque hospitalitati & alimento pauperum quidam pauperum ali- fundi addicti & segregati sunt, quod iam ante tempora Carolingorum deputati, in multis ecclesiis factum esse constat ex Concil. Aquitanens. ann. DCCCXVI. c. 141, apud LABBEVM T. VII. p. 1403. & apud LVNI- GIVM Spicil. ecclesiast. p. 104. vbi dispositum: Proinde oportet, ut præ- lati ecclesiæ præcedentium patrum exempla spectantes, aliquid præpa- rem receptaculum, vbi pauperes colligantur, & de rebus ecclesiæ tantum ibidem deputent, vnde sumus necessarios iuxta possibilitatem rerum babere paleant; exceptis decimis quæ de ecclesiæ willis ibidem conseruntur &c.

idem

idem praeceptum eod. *Concil. l. II. de institutione Sanctorum monialium c. 28.*  
*p. 1436.* add. **LOTHARI I** leg. *Longobard. tit. 3. c. 4.* apud **BALV Z.**  
*tit. 5. c. 43. p. 341.* & **CAROLI Calvi Capitul.** ann. DCCCLVIII.  
 apud **EVNDEM To. II. p. iii.** Tale quoque Xenodochium instituit  
**Hincmarus** Archiepiscopus Remensis, illique fundos assignauit ad ex-  
 penas pauperum, vt refert **FLODOARDVS l. III. c. X.** *Canonici-*  
*bus Remensis ecclesiae hospitale constituit, ad susceptionem peregrinorum*  
*vel pauperum, congruis ad id rebus deputatis &c.* Ex his igitur mani-  
 festissimum est, in iis ecclesiis ubi clericis, fabricae & pauperibus aliqua  
 praedia pro arbitrio episcoporum erant assignata & segregata, nullum  
 locum habuisse quadripartitam sectionem. Et quidem nobis valde  
 probabile videtur, quadripariam omnium ecclesiae reddituum distribu-  
 tionem paulo ante tempora stirpis Carolingicae in plurimis ecclesiis  
 desuisse, quod non solum probant haec tenus dicta, sed & hoc colligi  
 potest ex **AGOBARDO** episcopo Lugdunensi, qui *libra de dispensatione*  
*rerum ecclesiasticarum c. XIX.* edit. *Parisiens. p. 288.* ea de re ita differit:  
*Statuerunt sacri canones modum res ecclesiasticas dispensandi, scilicet in*  
*a'ndis egenis, insufficiendis clericis, in reparandis fabricis, atque in rectio-*  
*nibus supplendi necessitatibus expenderentur; prout sanctorum exempla*  
*commendant, & vsque ad PROXIMA TEMPORA custoditum est.*  
 Dicit igitur **AGOBARDVS** hunc distribuendi modum saltem usque  
 ad tempora sua proxima, id est, usque ad tempora Carolingorum, ob-  
 seruat esse; vixit enim **AGOBARDVS** circa ann. 810. Equi-  
 dem sequentibus Patres nonnunquam hanc distribuendi rationem re-  
*c. 7. T. VIII. p. 948.* decretum, vt de redditu ecclesiarum & de oblatione si-  
 delium quatuor fiant portiones. Verum hoc non tam de aequali, quam  
 aliquali distributione in quatuor partes est intelligendum, ne scilicet  
 episcopi omnes ecclesiae redditus ipsi consumerent, sed vt & clericis, fa-  
 brice atque pauperibus sufficietes portiones distribuerent: eo enim  
 iam tempore bona ecclesiae & episcoporum potentia ita erant aucta,  
 vt clerici & in primis fabricae quartam omnium reddituum non deside-  
 rarent, & contra episcopi ad suam sufficiendam dignitatem plus una  
 quarta requererent. Temporibus tamen Carolingorum adhuc obci-  
 nuit, vt decimae in quatuor portiones aequales diuiderentur. Sic

Sub stirpe ta-  
men Carolin-  
gica decimae

CA'

DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS. 41

CAROLVS M. *Capitul. ann. DCCC I. ex leg. Longobard. l. III. tit. 3. c.* adhuc in quatuor partes  
 4. apud BALVZ. c. 44. p. 356. *Vt decimae in quatuor partes diuisae,*  
 dantur. *Prima pars episcopis detur, alia clericis, tercia pauperibus,*  
 quartæ in fabrica ipsius ecclesiae. Et in *Capitul. HINCMARI* Archi-  
 episc. Remensis ad Presbyteros parochiae suæ tit. 2. c. 16. Opp. T. I. p.  
 717. & apud LABBEVM T. VIII. p. 573. *vt ex decimis quatuor portio-*  
*nēs fiant, iuxta insinuationem canonicanam.* Add. REGINO de discipl.  
 eccles. l. I. c. 341 p. 159. Cœterum Patres Concilii Parisiens. VI. anno  
 DCCCIX. maluerunt, vt episcopi quartæ decimarum renunciarent,  
 si alias ex rebus sua ecclesiae sustentari possent; c. 31. T. VII. p. 1621.  
*Vbicunque tamen episcopus sua babet, suis contentus sit: vbi autem nihil*  
*verum ecclesiae sua babet, accipiat de memorata quartæ sibi suisque, non*  
*quod auaritia, quod absit, sed potius quod necessitas compulerit.* Coete-  
 rum si accipiendi nulla necessitas viderit, nihil de memorata quartæ accipiat,  
 sed vībus ecclesiarum, & pauperibus Christi imperticndam, secundum suam dispositionem relinquat. Vnde nonnunquam decimae in tres sal-  
 tem partes sunt diuisae, nulla parte adscripta episcopo; vt patet ex  
*Capitul. CAROLIM* ecclesiast. anno DCCCII. T. VII. p. 1179. apud B A.  
 LVZIVM p. 359. Cum igitur haec distributio in quatuor partes  
 pedentem desierit, facile concludendum est, episcopos plurimos ec-  
 clesiae redditus, eo iam tempore valde auctos, ad suam sustentationem  
 attraxisse, & clericis ac pauperibus paucos distribuuisse. Vnde quo-  
 que AGOBARDVS Episcopus Lugdunensis in *epistol. ad Bartholo-*  
*mæcum Episcopum Narbonensem c. XII.* in fin. edit. Parisiens. Opp. T. I. p.  
 206. eorum superstitionem, qui omne quod possunt ecclesiae donant,  
 damnat, *quia cupiditati quorundam (episcoporum) & auaritiae famu-*  
*lantur, non exinde honoratur Deus, nec pauperibus succurritur.* Paulus  
 ante: *Melius facerent si sua pauperibus & hospitibus erogarent: & in fine*  
 ne concludit: *Sicut enim reprehensibile est, rem pauperum non pauperibus*  
*distribuere; sic infructuosum, si ea, quae deberent ecclesiae debitam reue-*  
*rentiam exhibentibus erogari, cupiditatis aestu anhelantibus, vel auare ser-*  
*vanda, vel abutenda prodigie conferantur.* IDEM *epistol. ad Lugdunen-*  
*ses c. IX. p. 215.* perstringit mores episcoporum sui temporis, qui qua-  
 runt consolationem & euocationem in diuitiis, in ornamentis, metallicis, in  
 venationibus, auncipationibus, ac piscationibus, & quod peius est in com-  
 mis-  
 F



*miffationibus & ebrietatibus, & sonis musicis.* Idem in libro de *dispen-*  
*satione rerum ecclesiasticarum c. XXIX. p. 298.* taxat episcopos & praefatos,  
 qui rebus ecclesiasticis vtuntur ad luxum, nec ad alendos pauperes:  
 vbi in toto libro inculcat, res ecclesiasticas primario in usus pau-  
 perum dispensandas esse. Add. **BALVIZVS** ad *Agobardum T. II. p.*  
*81.* qui aliorum testimonia de episcoporum tunc temporis corruptis  
 moribus contulit.

## §. VI.

Sub Caro-  
 lingis epi-  
 scopi, licet  
 bona ecclae-  
 siae ipso-  
 rumque po-  
 tentia ni-  
 mis aucta  
 essent,  
 nondum  
 bona men-  
 salia habue-  
 runt.

Licet tempore Carolingorum, rebus ecclesiae mirum  
 in modum auctis, episcoporum potentia valde adoleuerit,  
 dum multi eorum redditus ecclesiae saepe inique administra-  
 rent, illorumque maximam partem in suos usus consume-  
 rent\*; ipsi tamen nondum certa bona ad mensam seu suspen-  
 sationem proprie & seorsim destinata habuerunt, quia res eccle-  
 siae, praeter paucas nonnullis clericis, vel fabricae, vel pau-  
 peribus separatim assignatas, eo adhuc aeuo erant communes,  
 & episcopi, qui earum habebant administrationem & dispen-  
 sationem, ex iis tanquam communibus non solum sibi tan-  
 tum, quantum ad suum tuendum statum & dignitatem o-  
 pus esse videbatur, prospicere, sed & clericis, fabricae & pau-  
 peribus nulla bona seorsim habentibus, prouidere debebant

Iam ante tem-  
 pora Caro-  
 lingorum ec-  
 clezia bona &  
 episcoporum  
 potentia ma-  
 gna fuere.

Sub Carolin-  
 gis magis ad-  
 huc aucta.

\* Sicut iam longe ante tempora Carolingorum facultates ec-  
 clesiae, episcoporumque potentia valde aucta fuerunt, vt hoc patet ex  
**GREGORIO TVRONENSIS**, vbi *l. VI. c. 46.* Chilpericus Rex  
 Francorum ita loquitur: *Ecco pauper remansit fiscus noster: ecce diui-*  
*tiae nostrae ad ecclesiam sunt translatae: Nulli penitus nisi soli episcopi re-*  
*gnant: periret honor noster & translatus est ad episcopos ciuitatum, solus*  
*eis defertur honor; vnde idem rex prohibuit, ecclesias haeredes institui,*  
*vt refert **GREGORI l. VII. c. VII.** Ita tempore Carolingorum opibus*  
*& diuitiis magis adhuc, & ad tantam laicorum inuidiam, creuerunt, ve-*  
*illi*

DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS. 43

illi consilium coepient, de dividendis inter se bonis, & non relinquentis vlli episcopo vel abbatii, nisi tantum, vt velut canonici vel monachi viuerent; vt comitat ex CAROLIM. Capitul. Aquigrana ann. DCCCIII. apud BALVZIVM l. I. c. 77. p. 718. & capitul. II. ann. DCCCXIV. c. 3. vbi hoc consilium CAROLVS M. improbavit. Eandem suspicionem ecclesiasticis adimere voluit LVBovicus Pius Capitul. l. I. c. 83. apud LABBEVM T. VII. p. 1479. statuens, vt neque suis neque successorum temporibus res ecclesiae detrimentum capiant: *Quia nouimus res ecclesiae vota esse fidelium &c. tamen ut ab ecclesiasticis de non dividendis rebus illius suspicionem dudum conceptam penitus amoveremus, statuimus, ut neque nostris, neque filiorum, & Deo dispensante, successorum nostrorum temporibus, ullam penitus divisionem aut iacturam patiatur.* Eadem referit HINCMARVS ep. XII c. 4. Opp. T. II. p. 191. ep. XXIX. c. 46. p. 320. & passim; nec non GRATIANVS caus. XVI qu. I. c. 59. Add. Capitul. x. CAROLI Calvi ann. DCCCLVIII. tit. 27. c.

7. apud BALVZ. T. II. p. 108. Carolus autem M. non solum ecclesiastas iam constitutas opibus ditauit, sed & multas nouas fundauit, easque munificentissime dotauit; quod testatur Scriptor ANONYMO & dotauit.

MVS vita. Caroli M: Dicitus Carolus Rex, ne patria illa spiritualibus capitibus aliquando deficeret, incepit ibidem Episcopatus facere pariter & dotaire, inter quos primus fuit Episcopatus Osnaburgensis, & successuie Paderbornensis, & postea Monasteriensis, & tandem Mindensis, cathedrales ecclesiae inceptae, & cooperante Domino successu temporis perfectae, nec non multis temporibus bonis, terris, castris dotaiae fuerunt, quarum aliquas Leo III. Papa, illis temporibus exsiliens cum Carolo in antiqua Saxonia consecravit &c. Praecipue hisce ecclesiis decimas in deuictis terris assignauit, vt hoc obseruat CRANZIVS in Paralip. l. I. c. VIII. Carolum M. tributa ecclesiis remissee, & eorum loco decimas ecclesiis & episcopis assignasse. Et si quidem SCHOOKIVS de bonis eccles. Seft. II. c. XCVI. p. 366. Cranzio hac in re nullam fidem adscribere vult, sed de-

imum tempore Ludouici pii decimas ecclesiae solutas esse putat. Attamen praeter CRANZIVM hoc probant CAROLI M. Diplomata memoratis ecclesiis concessa, in primis ecclesiae Verdensis & Bremensis, quae extant apud ADAMVM BREMENS. hist. eccl. c. IX. p. 4. & SCHATENIVM Annal. Paderbornensis. P. I. l. I. p. 3. Nouerint

Etiam decimis ditauit,

omnes Christi fideles, quod Saxones, quos bellis vicimus & ad baptismum gratiam Deo annuente perduximus, pristinae libertatis donatos, & ab omni nobis debito censu solutos, pro amore illius, qui nobis victoriam contulit, ipsi tributariorum & subiugales deuote addiximus, videlicet, ut qui nostrae potestatis ingum bactenus ferre detrectauerunt, vieti iam & armis & fidei, Domino Salvatori nostro Iesu Christo & Sacerdotibus eius omnium suorum iumentorum & fructuum totiusque culturae decimas ac nutriturae diuties ac pauperes legaliter constituti persoluant. Sic & Concil. Moguntin. anno DCCCXIII. sub CAROLO M. c. 38. T. VII. p. 1250. constitutum, ut decimae soluantur, & dare nolentes, non ecclesiasticis tantum excommunicacionibus, sed a reipublicae quoque ministris coercentur. Evidem SCHOOKIVS c. l. niti vult autoritate GOBELLINI PERSONAE in Cosmodrom. aetat. VI. c. XXXVIII. apud MEIBOMIVM To. I. p. 238. cuius verba ita se habent: *Licet decimae de iure diuino spectare noscantur ad Sacerdotes, Carolus tamen decimam in his partibus, mensae regiae reservauit.* Et inde est, quod laici in partibus istas decimas obtinent. Ast ne dicamus, quod hic Scriptor demum Sec. XV. vixerit, etiam ex ipsis verbis allegatis patet, autorem faltem loqui de ecclesia Paderbornensi; cui nullas decimas a Carolo M. forte donatas esse, facilius concedimus. De Caroli M. liberalitate in extruendis dotandisque ecclesiis testantur quoque EGINHARDVS in vita ejus, DITMARVS MERSEBURGENS. l. VII. ADAM. BREMENS. c. IX. HELMOLDVS Chron. Slavic. c. III. Sed certum est, Carolus M. non tam pietate, quam ob utilitatem reipubl. motum dictos episcopatus in Saxonia fundasse, existimabat enim epis- scopos sanctius obseruaturos esse fidem, ac praeterea, si res postulareret, aduersus rebellios tam ope terrarum, quam excommunicationum pondere ipsum adiuturos. Hoc iam obseruat VVILLELMVS MALMESBURIENSIS qui vixit Sec. XII. l. V. de gest. regum Anglor. Carolus M. pro contundenda gentium illarum (scilicet Saxonum) ferocia omnes pene terras ecclesiis contulerat, consilio sive perpendens, nolle Sacri Ordinis homines tam facile, quam laicos fidelitatem domini reiucere, praeterea si laici rebellarent, illos posse excommunicationis autoritate & potentiae severitate compescere. Caroli M. quoque filius LUDOVICVS qui liberalitate sua in episcopos cognomen Pii sibi conciliauit, in-

ex ratione  
politica id  
fecit.

Ludovicus  
Pius res ecclie-  
iae & epi-  
scoporum  
potentiam  
auxit.

ditandis ecclesiis ac extollendis episcopis strenue fecutus est, ita ut iam eo tempore episcopi tanquam principes se gererent: Sic **H E L M O L D Y S Chronic.** l. I. c. 4. de Ludouico Pio loquens: *Qui paterni per omnia votis concordans, eadem liberalitate, qua pater eius erga cultum domus Dei, & omnem clerum usus est, amplissimas regni diuitias ad decorum & gloriam ecclesiae intorquens, in tantum ut episcopos, qui propter amarum regimen Principes sunt coeli, ipse eosdem nihilominus Principes efficeret regni. Quorum ambitionem maxime fouit Concil. General.*

**VIII**, seu **Constantinopolit. IV.** anno **DCCCLXX.** c. 14. apud **L A B B E**.

**V M To VIII. p. 1134.** Ita ut deinde Episcopi Principibus non solum Episcopi pluperares, sed & iis praferendos esse voluerint. Hac igitur rerum ecclesiasticarum affluentia, & episcoporum potentia, multi eorum plurimos ecclesiae redditus ad suam vanitatem rapiebant, nihil vel pauca fabricae, clericis & pauperibus relinquentes. Hoc aperit **P A V L I N V S**

Episcopus Aquileiensis in epist. ad **Carolum M.** cuius fragmentum editit **B A L V Z I V S** **Miscell.** To. I. p. 363, vbi Paulinus episcoporum corruptos mores pluribus recenset, & denique subiicit: *Res ecclesiæ, quæ vocatae sunt vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, quibus fideles fidei ardore & Christi amore succensus ob animarum suarum remedium & coelestis patriæ desiderium sanctam ditauerunt ecclesiæ, ut his ecclesia Dei exornaretur, & milites Christi alerentur, & pauperes recrearentur, & captivi pro temporum opportunitate redimerentur, rapientes, non ut pastores, sed ut prædones, in militiam & vanitatem mundanam contra ius diuinum expendere non detrectant. Vnde facilime conici potest, quod plus terrena quam coelestia diligunt, plus mortales homines, quam Dominum metuunt, cum scriptum sit: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Et iterum Apostoli inquirunt: Non enim oportet nos relinquare verbum Dei, & ministrare mensis.* Iisdem temporibus **A G O B A R D V S** Episcopus Lugdunensis passim in suis opusculis a **S T E P H .** **B A L V Z I O** **Parisis** 1666. 8. Vol. II. editis nonnullorum episcoporum rapacitatem perstringit; ex quo iam §. antec. not. 3. nonnulla excepta sunt. Sic & in **Concil. Parisiens.** VI. anno **DCCCXXIX.** Patres eiusdem, nonnullorum episcoporum deperditos mores in confundendis rebus ecclesiae doluerunt c. 19. T. VII. p. 1614. *Irrepit in nonnullis ecclesiistarum Praefulibus, miserrabilis temporis nostri, inepta, imo cor-*

ritos ecclesiastiae redditus in  
fusus usus ver-  
terunt.

rigenda consuetudo, quae iam ita pro lege tenetur, scilicet super diuersarum rerum innumeris superfluitatibus & vanitatibus, quas enumerare longum est, nec non in auaritia & tenacitate &c. Extant apud SANGALENSI Monachum diuersaria Caroli M. in eos episcopos, qui res ecclesiae non in pauperum, sed in suos vsus erogabant l. I. c. 18. & 19. Vos patres & prouisores nostri episcopi, pauperibus imo Christo in ipso debeatim ministrare, non inanibus rebus inhibere. Nunc autem in contrarium cuncte vertentes cenedoxiae vel auaritiae super omnes mortales intenditis.

Episcopi tempore Carolingorum bona mensalia nondum habuerunt,

Res ecclesiae eo tempore adhuc erant communes.

Earum administrationem & dispensationem habebant episcopi.

\*\* Tempore Carolingorum episcopi bona ad mensam seu sustentationem suam proprie & seorsim deputata nondum habuerunt, quia res ecclesiae eo tempore adhuc erant communes, & episcopi ex iis omnia, quae ad suam sustentationem ipsis erant necessaria, percipiebant. Et quamvis sub Carolingis, & iam ante, nonnullis clericis, item fabricae & pauperibus quadam praedia passim assignata & segregata fuerint, ut §. praeceps. not. 1. & 2. probatum dedimus; multi tamen adhuc clerici ex communib[us] ecclesiae redditibus sustentabantur, & ex communione bonorum ecclesiae massa vitae necessaria ab episcopo distribuenda accipiebant: eodem modo sumptus fabricae ad reparanda templa & aedificia ex istis desumebantur, nec non ex iisdem pauperes alebantur; Hinc ista bona ecclesiae reuera adhuc eo aeuo erant communia. Quod & probat Concil. Cabilonens. ann. DCCCXIII. c. 6. T. VIII. p. 1273. Quia res ecclesiae, quibus episcopi, non ut propriis, sed ut commendatitatis vti debent, pretia sunt peccatorum patrimonia pauperum, stipendia fratrum in communione viuentium. Hic locus desumptus est ex PROSPERO de vita contemplat. Sed loco verborum: sunt vota fidelium: surrogatum est: stipendia fratrum in communione viuentium. Hic igitur nondum facta est divisione, aut bonorum mensiae episcopi separatio. Sic & Concil. Aquitan. I. sub Ludouico Pio ann. DCCCXVI, habito c. 35. p. 131. dicitur res ecclesiae, non episcopi, sed communes; & c. 116. p. 1380. sicut statutum est, ut episcopi res ecclesiae bene administrent, & in stipendia fratrum & pauperum dispensent, nec in suos usus erogent. Episcopi autem omnium rerum ecclesiae communium habebant administrationem & dispensationem; quod probat Concil. Moguntiac.

an-

DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS. 47

anno DCCCXIII. c. 8 p. 1243. *Vi episcopi potestatem habeant res ecclæsticas prouidere, regere, gubernare atque dispensare secundum canorum autoritatem volumus.* Idem extat apud BVRCHARDV M l. II. c. 4. IVONEM pár. 16. c. 5. & BALVZ l. 5. c. 182. p. 858. Eadem potestatem episcopo tribuit Capitular. Caroli M. III. ann. DCCCXIV apud BALVZIVM l. VII. c. 261. p. 1081. Placuit, *vt episcopis rerum ecclæsticarum in omnibus iuxta sanctorum canonum sanctiones plenam semper habeant potestatem.* Nullus eas dare vel accipere absque proprii episcopi ardeat iussione &c. Eiusd. Capitul. ann. eod. l. VII. c. 468. p. 1130. Placuit *vi omnes ecclesiæ cum dotibus & omnibus rebus suis in episcopi proprii potestate consistant ad ordinationem vel dispositionem suam semper pertineant.* Sic & Concil. Turonens. III. anno DCCCXIII. c. 10. apud LABBEVM T. VII. p. 1262. & BALVZIVM Capitul. addit. III. c. 76 p. 1171. Episcopi quidem maximam curam & sollicitudinem circa pauperes habeant, & res ecclæsticas ecclesiæ oblatas, causa circumspetione dispensent, quasi Dei ministri, non quasi turpis lucri scelatores, illis itaque videntur, non *vi propriis*, sed *vi sibi ad dispensandum commissis*; Et c. 13. subiicitur: *Quod liceat episcopis, praesertim presbyteris & diaconis de thefavo ecclesiæ familie & pauperibus eiusdem ecclesiæ secundum canoniam institutionem, iuxta quod indigerint erogare.* Episcopi qui-  
scopus igitur habebat quidem dispensationem omnium rerum ecclæsticarum, iisque ad suam suaeque familie sustentati-  
onem vtebatur, sed nihil earum ad suam mensam vel ad suos vsus  
Proprie & seorsim destinare debebat. Quod & confirmat Concil. Ro-  
man. sub Eugenio II. anno DCCCXXVI. vbi expressè prohibitum, ne sibi seorsim ad  
vllus episcoporum res immobiles ecclesiæ ad sustentationem seu ad mensam de-  
vsus suis proprie & seorsim habeat; ita enim c. 16. apud LABBEUM  
T. VIII. p. 109. Nulli episcoporum liceat res immobiles de subiectis plebis  
seu aliiis locis in proprio vsu habere; ne maiores enormiter locupleten-  
tur, aut minores talifacto pauperiores inueniantur. Idem refert GRA-  
TIANVS caus. XII. qu. I. c. 27. adhuc addens: *res mobiles aut immo-  
biles;* Et ipse GRATIANVS in not. ad h. c. testatur, eo aeuo res ec-  
clesiae nulli episcoporum fuisse proprias. id est, ad sustentationem epi-  
scopi seorsim destinatas, sed omnibus communes; ita tamen ut epi-  
scopus primum sibi & ecclesiæ deseruientibus necessaria subministra-

uerit, reliqua vero superflua in aliorum fidelium vſus distribuerit. Sic quoque *Concil. Parisiensi*, VI. ann. DCCCXIX. lib. I. c. 15. T. VII. p. 1611. feuere episcopi monentur, ne ipsi res ecclesiasticas ad suos vſus proprios vſurpent, sed earum reditus canonice distribuant; vbi & ad *Gelasii decretal.* c. 37. de diuisione quartarum prouocatur; Et c. 16. cauetur, vt episcopus de rebus sui iuris, seu quas ante episcopatum aut in episcopatu adquisuerit, pro lubitu possit disponere. *Postquam vero Episcopus factus est, quascunque res de facultatibus ecclesiae, aut suo, aut alterius nomine qualibet conditione comparauerit, decreuimus, vt non in propinquorum sed in ecclesiae, cui praefest, iura deueniant.* Eadem extant apud *BVRCHAR D.* l. 2. c. 214. *IVON.* p. 5. c. 328. *GRATIAN.* 12. qu. 5. c. 4. *BALVZ.* l. 5. c. 327. p. 894. Idem adhuc obseruatum in *Concil. Aquisgranens.* II. ann. DCCCXXXVI. tit. 2. c. 7. *To. VII.* p. 1708. similiiter scire conuenit *Praefulibus*, res ecclesiasticas non ut proprias, sed a Domino sibi pro aliorum necessitatibus commissas, atque iuxta prosperi documentum nibil aliud efferes ecclesiae, quam vota pauperum. *Icocco summopere est decet* *andum*, ne aliquis pontificum, ea quae ecclesiasticis tradita sunt ministeriis pro remissione peccatorum, aut aliis aptandas officiis, aut pauperibus eroganda, ne aliquis ea propria cupiditate aut potentum terrore, parentumque procuratione ad alios vſus retorquet &c. Sed potius solerti meditatione indigenibus eas & ecclesiasticis ministeriis distribuant; ne exinde a Domino velut inutilis dispensator damnetur. Sic & *Concil. Gener.* VIII. seu *Constantinopol.* IV. ann. DCCCLXX. c. 15. T. VIII. p. 135. vbi multa de prohibita alienatione bonorum ecclesiasticorum agitur, nihil tamen de separatis bonis episcopi sustentationi assignatis habetur, sed reditus ecclesiastici *ad vilitatem episcopi*, & ob escam pauperum & peregrinorum sustentationem esse dicuntur. *Quin Concil. Wormatiens.* ann. DCCCLXVIII. c. 7. T. VIII. p. 948. distributione redituum ecclesiasticorum in quatuor partes praecipitur. *De reditu vero ecclesiae & de oblatione fidelium quatuor siant portiones: quarum unam sibi retineat episcopus, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat, tertiam pauperibus & peregrinis, quartam ecclesiasticis fabricis nouerit reseruandam.* Episcopum iis temporibus habuisse omnium rerum ecclesiasticarum administrationem & distributionem probant quoque multae chartae. *Sic Herimannus Episco-* pus

DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS. 49

pus Niuernensis in charta, qua canonicorum congregationi, in ecclesia Niuernerensi nouiter institutae, bona quedam ad eorum stipendia concedit, prouocat ad hanc episcopi dispensandi potestatem, Charta ann. DCCCXLIX. apud LABBEVM Concil. T. III. addit. p. 1928. Autoritas diuina testatur, ut episcopi per diuersa loca consti-  
tuti, licentiam habeant res ecclesiastarum secundum canoniam au-  
toritatem cum Dei amore & reverentia distribuendi & ordinandi, vi-  
delicit Canonis, Monachis, sanctimoniis & pauperibus, iux-  
ta creditam sibi dispensationem &c. Idem confirmatur in charta C A-  
ROLI Calui ann. DCCCL apud LABBEVM c. l. p. 1930 & apud  
MABILLONIVM de re diplomatic. l. VI. n. 88. p. 530. Eadem dis-  
pensandi potestas tribuitur episcopo in epistola NICOLAI I. Ponti-  
fici anno DCCCLXV, ad Carolum Caluum, quia illum hortatur, ut  
Rothaldo episcopo restituat faueat, & res eius ecclesiae ablatas reddi  
iubeat, apud LABBEVM T. VIII. p. 794. Quam ob rem dilectionem  
vestram hortamus, ut eadem praefidia & ipsas res, quaecunque & ubicun-  
que sint, iam fatigae ecclesiae restitui pia vestra praecipiat eminentia: ita  
ut secundum canonum sanctionem in potestate episcopi res omnes  
ecclesiae constiant, & ille secundum timorem Dei, quibus voluerit, & quo-  
modo voluerit, illas dispense. Quod & probat HINCMARVS Rhei-  
mensis episcopus quaternionis, ad Carolum Caluum an. DCCCLXVII.  
apud LABBEVM c. l. p. 1735. Et HINCMARVS Laudunensis epि-  
scopus in epistol. episcopis & per eos regi porrecta apud LABBEVM  
p. 1760. Idem confirmat DIDONIS episcopi Laudunensis charta  
ann. DCCCLXXXVI. apud MABILLONIVM de re Diplomat. l.  
VI. n. 116. p. 554. Quia mos exposcit canonicus, ut omnes res ecclesiæ  
proprias episcopis quomodo & qualiter voluerit, secundum Dei voluntati-  
tem ordinet & disponat. Extra hanc administrationem & dispensa-  
tionem secundum canones, episcopi in res ecclesiasticas nullam po-  
testatem habebant; quod expresse affirmat HINCMARVS ep. XLV.  
c. IV. Opp. T. II. p. 742, vbi & docet, quod primarius finis episcopi  
esse debet animarum cura: ordinantur autem singuli episcopi in cinitatibus  
singulis, non pro temporalium bonorum potestatibus, non pro villis &  
& possessionibus, non pro facultatum copiis, quas tamen episcopi suscepto  
ministerio, secundum regulas & leges Sancto Spiritu promulgatas, conser-  
vare debent.

uare iustitiae, ac rationabiliter ampliare & dispensare debent, ut reuera Deo dicata & consecrata sanctuaria, vota fideliuum, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, sed pro lucrando animabus & saluando hominibus &c. IDEM c. l. c. XVI. p. 756. Astardum episcopum Nannetensem, qui & Turonensem metropolin consecurus erat, eo praetextu, quod ob paupertatem ecclesiarum in una sola non possit decenter vitam agere, ea de causa valde reprobat, quod ex eo palam sit, ipsum non promouendae animarum salutis charitate, sed cupiditate temporalium commodorum ecclesiae adglutinari: Quod scripsisti, episcopum de quo agitur dicere ad excusandas excusationes in peccatis, quoniam sunt in ciuitate metropoli, in qua ordinatus fuerat, ministri ecclesiastici, qui indigentium necessitatibus possunt consulere, sed ipse non habet sufficientiam rerum ac facultatum, quibus in ea honorabiliter possit subsistere, unde se conatus excusare, inde magis videtur accusare, & cupiditatis atque cauterio ambitionis inuovere, qui plus possessiones terrenas, quam animarum lucra videtur adquirere. Ex his igitur manifestissimum est, episcopos tempore Carolingorum nulla bona ad mensam seu sustentationem destinata & a reliquis segregata habuisse, sed ipsos ex rebus ecclesiae communibus, quarum dispensationem ipsi habebant, se sustentasse; Et quamvis multi eorum praecepta canonum non observarent, & maximam redditum ecclesiasticorum partem ad suos vius traherent, non tamen proprie bonis ex reliquis decerpis, & ad suam suorumque successorum sustentationem perpetualiter destinatis vabantur, sed ex communibus viuebant, illa non canonice dispensantes iisque abutentes. Non solum autem episcopi iis temporibus nulla bona ad mensam seu sustentationem sibi suisque successoribus separagarunt, sed & alii, qui bona ecclesiis tradere soliti sunt, nulla specie separatis ad mensam episcoporum destinarunt; Et licet iam illis temporibus a multis bona quaedam seorsim ad mensam clericorum vel canonicorum tradita sint, vt §. anteced; n. 1. demonstratum est, quae & ea de causa bona ad mensam eorum dicta, vt §. I. not. 3. ostensum; Non dum tamen iis temporibus bona seorsim mensae seu sustentationi episcopi fuerunt donati; ratio forsan haec fuit: episcopi erant administratores communium bonorum ecclesiasticorum, & cum sibi ex his ante omnia prospicerent, non opus fuit, vt separatis aliquid ad su-

Ratio, quod  
eo tempore a  
priuatis non  
dum bona  
separatim ad  
mensam epi-  
scopi desti-  
nata,

## DE ORIGINE BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS. 57

ftentationem episcoporum designaretur; Sed vt ad fuftentationem clericorum vel canonicorum, nec non fabricae & pauperum vel ab episcopis vel ab aliis donatoribus bona seorsim deputarentur, omnino necessarium fuit: quia multi episcopi saepe nimis erant rapaces, ita vt plurimos reditus ipsi consumerent, & nihil vel parum clericis & reliquis relinquerent; cui malo vt occurreretur, ne ista donata rapacitati episcoporum essent subiecta, donatores cauerunt, vt bona donata separatim fuftentationi clericorum vel canonicorum sint deputata, & vt episcopi eorumque successores nihil de ipsis in suos usus abstrahant. Quod autem eo tempore reges vel priuati religiosi nihil seorsim ad mensam seu fuftentationem episcopi, sed saltem ad alimenta clericorum, pauperum & fabricam destinare soliti sint, colligi potest ex Concil. Venerabilium II. anno DCCCXLIV. c. 22. apud LABBEVM T. VII. p. 1809. & CAROLI Calui Capitul. ann. DCCCXLV. tit. 3. c. 12. apud BALVZIVM T. II. p. 18. & apud EVNDEM in oper. SERVATI LVPI p. 202. vbi dicitur: *Quod ecclesiae facultates, quas reges & aliqui Christiani Deo voverunt, ad alimentum seruorum Dei & pauperum, ad exceptionem hospitum, redemptionem captiuorum, ac templorum inscriptionem, nunc in usu secularium detinentur.* Ex hoc patet eo tempore nondum bona ad fuftentationem episcopi fuisse destinata. Ac licet nonnunquam bona a nonnullis generatim episcopo darentur, vel relinquerentur, illa tamen non ad episcopum, sed ad ecclesiam pertinebant, quia intuitu ecclesiae donata esse videbantur, nec episcopus ista sibi seorsim ad suam fuftentationem destinare poterat, sed inter reliquias facultates ecclesiae computare debebat, episcopus tamen plurimis & infinitis fruebatur ecclesiae bonis; vt hoc decretum editum in Concil. Remens. c. 20. Pontifices quibus in summo sacerdotio constitutis, ab extraneis dunt axat aliquid aut cum ecclesia, aut sequestratum dimittitur, aut donatur: quia ille qui donat pro remedio animae suae non pro commodo sacerdotis comprobatur offerre; non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiae computabant. *Quia iustum est, vt sicut sacerdos habet, quod ecclesiae dimissum est, ita & ecclesia habet, quod relinquitur sacerdoti.* Sic ibidem definitur: *Sane quidquid per fiduci-commissum aut sacerdotis nomini, aut ecclesiae forteasse dimittitur, cuicunque alii postmodum profuturum, id inter facultates suas ecclesia computa-*

tum retinere non poterit. Add. FLODOARDVS Histor. Rhemens. l. II.  
e. V. qui eadem refert.

Post solutionem  
mensae  
communis  
& parti-  
tionem bo-  
norum in-  
ter episco-  
pum & ca-  
pitulum  
bona men-  
sae episco-  
palis orta.

Postea paulatim inualuit, ut bona inter Episcopum & Capitulum diuiderentur, quod imprimis eo tempore factum esse videtur, cum mensa communis soluta, & cuique Canonico certa reddituum vel bonorum pars, quæ praebenda dicta, assignata sit \*; & ab eo potissimum tempore seu a solutione communis mensae, & partitione bonorum inter episcopum & Capitulum facta, prima origo bonorum mensae episcopalis deriuanda est \*\*.

Sec. X. com-  
muni vita  
abiecta, &  
mensa cano-  
nicorum di-  
uisa.

\* Iam Sec. X. in nonnullis ecclesiis Canonici, qui haec tenus communi mensa & dormitorio vbi erant, hanc communionem vitae coeperunt deferere, & bona ad communem mensam destinata partiri, eaque in titulum beneficij sibi vindicare. Hoc factum esse memoratur in ecclesia Briuatensi, quod tamen Willelmus Aquitaniae Dux, hoc ad ipsum perlato, reprobavit iussitque, ut illi quidem, dum viuerent, beneficiis iis gauderent, sed illis decadentibus beneficia illa communi mensae rursus concrescerent, nec inde diueli possent. Sic enim ann. DCCCXXV. Spicileg. T. II. p. 283. decernimus ut quicquid modo ab illis possideatur, teneant, sed statim ut eorum aliquis spiritum exhalauerit, absque villa contradictione, omnia quicquid ex communi victu canonicorum possidebant, ad eundem victum communem reuertantur, siue Praepositus siue Decanus, siue Sacerdos aut Diaconus, aut villus ex ordine ecclesiastico seu villus laicus, qui aliquid villo ingenio, a communi victu seruentium Sancti Juliani subiraxit, nullo vnguam modo amplius ad singularitatem redeant, sed mox ut vnuquisque obierit, communi integritate ad eorum victum communem reuertantur. Sequentibus tamen temporibus haec communio magis magisque defecit, ita ut exeunte Sec. XI. in plurimis ecclesiis vitae communis ratio desierit, quod testatur in epistola ad ciuilibus quam dioecesianis, nee autoritatii sed desuetudini & defectui ad-

Seculo XI. &  
XII. vita  
communis  
magis defecit,

epist. 213. Quod vero communis vita in omnibus fere ecclesiis pene defecit

adscribendum est, refrigerescere caritate, quae omnia vult habere communia, & regnante cupiditate, quae non querit ea quae Dei sunt & proximi, sed tantum quae sunt propria. Ratio autem, quod haec vita communis abiecta, & mensa communis diuisa sit, praeter nonnullorum canoniconrum cupidinem habendi propria, fuit quoque perfida quorundam praepositorum administratio, quod probat fragmentum historicum apud MABILLONIVM veter. analēct. T. I. p. 53. Statuerunt pro canonici, qui tunc sub praepositi viuebant, quia praepositi temporalia male tra-  
 labant, & nobiliores fortioresque canonici possessiones usurpabant, et quilibet canonicus personis ad certum numerum redactis suum personale proprium possideret, & ei de communī camera cuilibet distribuereetur, prout in cho-  
 ro diuinis officiis resideret. Liceat in isto fragmento hoc institutum Concilio Aquiāgran sub Ludouico Pio iam tribuatur, hoc tamen a ra-  
 tione illorum temporum abhorret, & potius ad haec tempora quadra-  
 re videtur. Alia adhuc ratio addi potest, nempe conniuentia episco-  
 porum, qui huic instituto valde fauabant, dum ipsis non solum com-  
 modiorem vitam, sed & liberiorem potestatem de rebus ecclesiasticis  
 disponendis & in suis suorumque usus ergandis anhelarent, quod vi-  
 ta communī confitante praefastare non poterant. Hoc ex ARNVLFI  
 LEXOVIENTIS epist. XXV docet FRANC. de ROYE Lib. I. tit.  
 XIX. §. 99. Hoc & illustrant Statuta MSS. ecclesiae Ultraicetinae a-  
 pud MATTHÆI l. II. de nobilit. c. XXII. p. 399. Ex instituto ordinis co-  
 dem refectorio comedere, & dormire eodem dormitorio tenemur, & viuere  
 de communī, sed ex dispositione episcoporum hoc hactenus scientium & to-  
 lerantium in priuatīs domib⁹ habitamus. Hac autem occasione, dum  
 mensa communis solueretur, potissimum factum esse videtur, ut bona Soluta mensa  
 inter episcopum & capitulum diuisa sint: nam hactenus mensa cano- communi bo-  
 nicorum ut plurimum ex redditibus ecclesiae communibus sustenta fuit; scopum & ca- na inter epi-  
 & licet nonnunquam mensae canoniconrum certa bona ab episcopis de- pitulum di-  
 signata essent, hoc tamen non tam dicenda est partitio rerum inter e- uisa.  
 piscopum & capitulum, quam concessio munificentissima agrorum,  
 Praediorum, aliorumque bonorum, qua episcopi canonicos ad com-  
 munem vitam instituendam inducere studebant. Postquam vero  
 haec vitae communio abiecta, & cuique canonico certa ac perpetua  
 redditum vel bonorum pars, quae praebenda dicta, deputata est, bona

quoque capitulo assignata, ab episcopalibus sunt distincta. Res admodum est obscura in primis cum historia harum partitionum illis temporibus memoriae non sit prodita; de partitione bonorum inter Abbates & Conuentum exempla iam Sec. IX. reperiuntur; Sic Imp. Ludouicus Pius in iis coenobiis, quae canonicorum coetui mancipata sunt, omnes res inter Abbatem & Canonicos scindi voluit, ut sua sibi Abbas, sua sibi conuentus haberet, ut extat in *Saccul. Benedict. To.* I. p. 214. & 262. His vero monasteriis, quae sub canonicorum relicta sunt potestate constituit eis segregatum ut viuere regulariter possent. Cetera Abbatii concesserunt. Sic quoque talis bonorum diuisio facta est in monasterio Dionysiano ab Abate Hilduino licentia HLudouici Imp. ut docet charta ann. DCCCXXXII. apud **MABILLONIVM** de re diplomatis. l. VI. n. 75. p. 519 vbi describuntur reditus & bona, quae monachis ad eorum sustentationem sunt assignata. Hanc partitionem confirmavit **CAROLVS** Caluus ann. DCCCLXII. apud **MABILLONIVM** c. l. n. 96. p. 535. Ratio autem cur bona inter Abbates & monachos diuisa sint, fuit, quod nonnulli abbates saepe essent rapaces, qui plerosque reditus ad se trahebant, & monachos defraudabant, ut igitur huic malo obueniret, talis partitio introducta est: hoc probat citata charta, vbi eadem ratio subiicitur: *Ne aliquis successorum suorum negligientia aut parcitate seu diminutione ordo in ea monasticis futuri temporibus perturbaretur, sicut hactenus manifestum est contigisse.* Eadem ratio fuit, quod in monasterio Fuldensi, licet recentioribus temporibus mensa atque bona hactenus communia inter Abbatem & conuentum diuidenterunt, cum enim viclus ac cultus fratrum ob abbatis onerosum domi militiaeque sumtum raro sine querela darentur, quæstio ad sedem romanam peruenit, vbi post triennalem causae disceptationem pronuntiatum circa ann. MCCCXCIV. ut refert **CHRIST. BRO-**  
**UVERVS** Fuldens. antiquit. l. IV. p. 317. ut mensa conuentus perpetuo sit separata a mensa abbatis, scorsimque cibus, porus, alimenta, ceteraque vitae necessaria congregationi prompta, decondita sint. Eiusmodi quoque partitio facta est inter Archiepiscopum & Capitulum Thebanæ civitatis, quam confirmavit **INNOCENTIVS III. Reg. XIII. ep. 14.** vbi ait: *Archiepiscopus consideratus reditibus eiusdem ecclesiae ac facultatibus propius, medietatem eorum contulit ecclesiae liberaliter.* Alia partitio-

DE ORIGINE BONORVM MENSES EPISCOPALIS. 55

num exempla inter Episcopum & Capitulum collegit THOMASSI-  
NVS P. III. l. 2. c. 23. p. 843; seqq.

\*\* Licit nullum certum tempus determinari possit, quo bona mensa episcopalis orta sint, in primis cum ea pro diuersitate regionum, & pro varietate ecclesiarum in nonnullis ecclesiis prius vel <sup>Quo tempore</sup> <sup>bona mensa.</sup> lia episcopi serius innoverint; non tamen a veritate alienum esse videtur, circa orta.

haec potissimum tempora bona mensae episcopi suam originem traxisse. Cum enim istis temporibus in multis ecclesiis non solum mensa communis soluta, sed & bona inter episcopum & capitulum diuisa sint, ac cuique clero vel canonico intuitu officii & canoniae certa bonorum vel redditum pars, qua praebenda dicta assignata fuerit, verisimile est, episcopos quoque eadem ratione sibi suisque successoribus reliqua bona ad mensam seu sustentationem suam proprie & seorsim vindicasse. Isto autem adhuc aeo omnia bona episcopalia erant bona mensae episcopi, nec ex illis quedam *speciatim* ad mensam episcopalem erant destinata, qualia sunt illa, qua hodie *in specie* bonamensalia appellantur & communibus opponuntur. Quod autem illis temporibus omnia bona episcopalia promiscue dicta sint stipendia mensae episcopalis patet ex charta MEINVERCI ann. MXXXVI. apud SCHATENIVM An-  
nal, Paderborn. l. V. p. 498. vbi Meinvercus canonici ecclesiae Bu-  
storffianae in collegium congregatis, ad eorum sustentationem mul-  
ta bona non solum propria, id est, quae ante episcopatum habuit, sed  
& episcopalia tam praedia, quam decimas concessit: *Quia vero in*  
*praedio de confinio tantum non habebam, ut sufficere posset ad usus ecclesiae*  
*Deo feruentium, in ea consilio fidelium nostrorum accepto, decimas super-*  
*scriptas de DOMINALIBVS CVRTIBVS ad me pertinenibus eti-*  
*dem ecclesias dedi &c.* vbi seqq. recensentur. Eadem refert Autor  
vitae Meinverci apud LEIBNITIVM Scriptor. rer. Brunsa. T. I. c.  
XXXVI. §. 122 p. 563. vbi ait: *de curtibus ad episcopatum pertinentibus,*  
Notatu autem dignum est, quod idem Meinvercus sequentibus sub-  
iiciat, se per talen concessionem nihil diminuisse mensae episcopali,  
quod centies plura de suis propriis adiecerisset, quam per has largitates  
decerpisset: *Ne vero alicui successorum meorum non bonae voluntatis viro*  
*neque amorem Dei in corde suo retinens MENS & SVÆ stipendia diminuisse*  
*videar sciat has decimas me & de hereditariis & de acquistis bonis centies*

*restituisse.* Eadem refert Autor *vita Meinverci c. l.* Eandem rationem subiicit **MEINVERCVS** in charta XXX. vbi monasterium construxit, illudque dotauit, partim de bonis ex hereditate parentum suorum, partim de episcopalibus: apud **SCHATE-**  
**NIVM l. V. p. 483.** Et de episcopatu meo; item *Burchnon cum decima,*  
*ad eponum decima, bonis meis centies restituta & redempta.* Fuisse autem  
 iam eo tempore in ecclesia Paderbornensi bona episcopalium seu bona  
 mensae episcopalibus a bonis mensae canonicorum separata atque distin-  
 gta, colligi potest ex eodem Autore *vit. Meinverci*, vbi refert; quod  
**HEINRICVS II.** Imp. praedium quoddam Ratherio episcopo Pa-  
 derbornensi, eiusque ecclesiae in proprium donauerit, ea tamen leges  
 ut episcopus, quam diu viueret, in sua haberet potestate atque seruitu-  
 te, post mortem vero episcopi cederet in stipendia canonicorum, qui  
 S. Liborio deseruirent. Hoc & probat charta huius donationis **HEIN-**  
**RICI II.** ann. MV. apud **SCHATENIVM Annal. Paderbornenf. l. IV.**  
 p. 374. vbi dicitur: *Ea videlicet ratione, vt praedictus episcopus in sua*  
*habeat potestate atque seruitute, quam diu Deus, sibi concedat dies secularis*  
*vitae, finitis vero suis temporibus ad stipendia fratrum in praefato mona-*  
*sterio Deo Sanctoque Liborio famulantium.* Hanc distinctionem pro-  
 bat quoque charta **HEINRICI II.** ann. MXVI. apud **SCHATENI-**  
**VM l. V. p. 418.** vbi rex quandam regiam curtem donavit, cum tali  
 conditione, ut praedictus Meinvercus episcopus eandem curtem, quam  
 diu viuat, in usus proprios potestate possideat, post finem vero vitae suae  
 ad vestitum canonorum in eadem Deo, sanctaque genetrici eius Mariae,  
 nec non beatis Kyliano ac Liborio seruientium annuam memorandum per-  
 timeat. Hoc & testatur Autor *vit. Meinverci c. XXV.* apud **LEIBEN-**  
**TIVM Script. Brunsvicens. To. I. p. 525.** IDEM refert e. LXXXI. p. 550.  
 Meinvercum plures comitatus pecunia numerata comparare, sed  
 unum prae ceteris ea lege, ut neque ipse neque successorum quisquam  
 inquam posset in feudum dare; ea ratione, ut nec ipse Meinvercus epi-  
 scopus, nec aliquis successorum suorum ullam potestatem haberet, alioquin si  
 militi vel extraneo eundem comitatum in beneficium dandi sed ministerialis  
 ipsius ecclesiae, qui pro tempore fuerit, praefit praedicto comitatu, ac de  
 eius viriliteribus prouideat, ad restauracionem constructionis ipsius ecclesiae,  
 ut inde muri relenentur, teleta reparentur, & quicquid opportunum fuerit ad  
 corporalem formam ipsius domus Domini ibi inde administretur.

as (o) 58

## COROLLARIA.

1.

Bona ecclesiae sunt vel *communia*, quae in genere spectant ad patrimonium ecclesiae, vel *mensalia*, quae ad sustentationem Episcopi vel Clericorum speciatim & perpetuo iure dictata sunt.

2.

Bona ad mensam Episcopalem pertinentia non sunt proprietarym domania.

3.

Sententia Doctorum, qui tradunt illa bona de mensa Episcopi esse, quorum dominium utile & directum ad ecclesiam pertinet, est insufficiens.

4.

Bona mensae Episcopi sunt vel *nativa* seu primaria, item dotalia, quae in ipsa fundatione ecclesiae primordialiter sustentationi Episcopi eiusque status speciatim assignata sunt: vel *aduentitia* seu adscititia, quorum forma consistit in incorporatione.

5.

Haec enim constituantur vel per incorporationem *expressam*, quando Episcopus consuetis solennitatibus exhibitis expresse declarat, ut reliquis bonis mensalibus debeant esse iuncta & unita: vel *tacita* seu ipso facto, quando Episcopus bona ecclesiae in inuentarium & libros bonorum mensalium referri, aut per officiales ad id constitutos describi curauerit.

6.

Bona mensalia non praesumuntur, sed potius res ecclesiae (communes).

7.

Res de mensa Praelati vel Episcopi ex eo solo, quod res quaedam sit ecclesiae, & ab Episcopo haec tenus in feudum data non fuerit, non sit, sed necesse est, vt Praelati mensae specialiter incorporetur.

8.

8.

Bona mensae Episcopi accedente *solemnitate canonica* valide alienari possunt.

9.

Res infeudari solita ad ecclesiam reuersa ab Episcopo solo sine *solemnitate canonica* iterum in feudum concedi potest.

10.

Bona mensalia ob publicam utilitatem & necessitatem sine *solemnitate canonica* alienari possunt.

11.

Bonorum mensalium concessio in feudum non est proprie alienatio.

12.

Episcopus abundans potest ex eo, quod spectat ad mensam suam, donare capitulo indigenti.

13.

Episcopus potest cum consensu capitulo bona mensae alienare, etiamsi iurauerit, se nolle illa alienare.

14.

In alienatione bonorum mensalium neque Papae neque Imperatoris consensus desideratur.

15.

Bona mensalia tempore immemoriali praescribuntur.

16.

Tempus immemoriale dicitur cuius initii memoria sensitua non extat.

17.

Vnde memoria intellectuā non nocet praescriptioni immemoriali.

18.

Praescriptio etiam contra Principem locum habet.

19.

Facultas Episcopo competens iudicandi in re ecclesiastica non habet locum in bonis mensalibus.

AB (o) 58



IOANNI ERNESTO  
FLOERCKIO

SVMMORVM IN IVRE HONORVM  
CANDIDATO CLARISSIMO  
POST QVAM SVPREMV M LEGALIS SCIENTIAE DOCV-  
MENTVM PVBLICE DEDISSET

GRATVLABATVR

PRAESES.

AETVS equidem recordor temporis, quo Parens  
tuus, vir nobilissimus, quum studiorum caussa, ple-  
nus animi ac vigoris, & in egregia quaeque ardoris,  
huc venisset, meo etiam ductu ad scientiam iuris  
vslurus, dissertationem offerret *De conuentionibus*,  
*quae tertio nocent*, me praesidente in iureconsultorum ca-  
thedra ventilandam. Miratus sum iuuenem, antea mihi  
ignotum, quiique, vt pro aetate videri poterat, vix prima ele-  
menta tetigisset, in argumentum incidisse tam subtile ac per-  
plexum, vt etiam viris, in soluendis legum nodis maxime  
versatis, non parum posset negotii facessere. Sed mirabar  
magis, quum ad rem ipsam accederemus, & propositis a me  
dubitacionibus, quae eius sententia esset, explorarem : ne-

qua-

quaquam illum alienum laborem pro suo venditare, aut aliorum sensus, solis eorundem verbis, atque hinc incertum, an satis perspectos, tamquam magistri dictata recantasse; sed singulas commentationis suae partes, expensis quae quamvis fundabant legibus, ipsum tractauisse, & singulari sollertia, atque ingenii acumine, vera momenta penetrasse, mente non Caii alicuius, aut Sempronii, sed sua, & suis metu verbis exposita. Idem ille, qua felicitate confignauerat, quae ad explicandum hoc argumentum faciebant, eadem postea, & excita hinc minime vulgari de se opinione, contra impugnatium defendebat tela. Pugnata prima hac pugna, & redditus ex successu alacrior, quem dextro pede cooperat cursum, constanter ac strenue tenebat, vitae insuper innocentia, modestiaque, omnium sibi, quibuscum versabatur, animis conciliatis: atque illuc denique progre diebatur, ut summis Doctrinae honoribus ornatus, quas do centium antea frequentauerat scholas, ipsem et priuatim, alias docturus institueret, breui & applausum iuuentutis, & post forenses quoque exercitationes, in prouinciali curia nostra honoratum aduocati munus adsequutus. Neque dubitandum erat, quin aliquando publice profitentium adscribendus fuisset ordini, incliti praecipue STRVII, lucidi quondam sideris nostri, familiae, fausto coniugio innexus, magnisque tanti socii meritis suffultus; nisi aliud placuissest coelesti prouidentiae, & ab Reuerendissimo Canonicorum ecclesiae Cathedralis, quae Magdeburgi est, collegio, ad Syndici munus euocatum, vitae magis exercitiae addixisset. Haudquam tamen ex illo tempore totus a nobis absfuit. Quam primum enim te, FLOERCKI clarissime, susceptum apud nos ex sanctissima, sed postmodum praematurius erpta, coniuge, maiorem natu filium, ad academicas acroses satis conformatum vidit: non aliud, in quod mittereris, Lyceum sibi de-

adum statuit, quam in quo ipse, propitiis fatis hue de-  
ligeret ad solidiorem erudititionem iuris ac prudentiam, ad ho-  
latus, & eximiam nominis famam, tandem ad publicorum  
nores, munera, am velut praeludia (vt cetera taceamus) adoleuisset,  
excusassetque. Exculto igitur aliquamdiu, per diuersos ac  
praestantes in quoquis genere duces, ingenio tuo cum moribus,  
postremo te forum etiam, quaeque illuc spectant, vt maior  
hinc intellectui accenderetur lux, primis velut labris voluit  
gustare. Neque priorem alium, ac magis fidum hac in  
re habuit magistrum, quam semetipsum; tam in agendis  
caussis quippe, quam in habendis scholis probe versatus.  
Quidni ergo proficeres pulcherrime, auctis in dies progressi-  
bus; & dignus euaderes, Patris ac tua sollertia, qui disce-  
nentem te a vulgo publicum characterem, facturumque viam  
ad maiora, honestissimo ambitu posse petitum ire? Quis  
alius porro desideriis tuis magis conueniens locus, quam haec  
tua patria, Parenti ipsi tantopere amata? Iussit igitur te, &  
cum eo pariter fratrem tuum, natu minorem, huc retueri: vt  
& tui votis potireris; & ille nomen Academiae daret, perque  
paterna vestigia, te studia eius, ac mores, & quotidianaे vi-  
tae actus inspectante, certissime duceretur. Profecti huc, &  
in domum meam recepti, me satis idoneo teste, ea assidua-  
te vestras in studiis partes egistis, eo sancti honestique &  
de-  
cori cultu, maioris fratri gressus minore persequente, huc  
vsque apud nos enituistis, vt vel iniustissimus liuor nihil in-  
uenturus sit coloris, quo labeculam aliquam vobis impingat.  
O par fratum, merito in exemplum laudandum, in quod  
optemus alios, quibus effrenis licentia, pro academicâ liber-  
tate; ignauum otium & luxuria, pro ingenua recreatione  
placent, atque usurpantur, diligentissime inspicere: o pa-  
trem, vere dignum, cui hoc nomine bona omnia dicantur,  
cuiusque praedicentur fortunæ! Quam non fiduciam de fu-

tu-

turis etiam habeat successibus? Et tu, FLOERCKI  
me, quantum utilitatis de tuis sibi studiis ac virtute  
publica queat promittere, praesentissimis argumentis  
ex quo receptus in Candidatorum numerum, & ad  
ac publica profectuum in utroque iure experimenta produ-  
ctus, talem te exhibuisti, ut consensu ac plausu omnium me-  
reri censearis, qui Doctrinae nobilissimae splendore insignis,  
inter egregios egregiorum palam ostenteris. Singulariter  
insuper & ego laetor, visum fuisse Parenti tuo consultissimo,  
ut quo primo ipse publico specimine, me dirigente felices  
impetus, semet coepit emergere, tu itidem eruditio & publi-  
co, sed extremo studiorum documento, me pariter praeside,  
finem cursui academico, & operoso tot annorum aedificio  
coronidem imponas, purpura, quaeque illi iunguntur, orna-  
mentis ac praerogatiis, in luce maiore propediem collo-  
candus. Haec faxit Numen secundis auspiciis in te conser-  
vi, ut quasi praeunuent tam Parenti optimo, quam tibi, lae-  
ta omnia, & splendidiora: ornato te cum tota familia pu-  
blicam rem, rectique ac iusti perpetuo amore, & cura, innu-  
meros tibi mortales deuincturo. Tandem, quod nobilissi-  
mo Patri iamdiu debedo litterarum officium, breui & publica  
alloquitione persoluam:

PLATE Parens Gnato, decorat quem dignus honoris  
Fulgor, dum Themide iudice victor ouat.  
En quibus bine agitur stimulis spes altera! Vincis,  
O vincis Croflos, Attalicosque reges.

Valete uterque, & rem pro suis quisque partibus bene geris-  
te. Scribebam Ienae die 28 Ianuarii, 1515.

PS(0) SS





ULB Halle  
003 948 404

3



56.







E 14. num. 6.

19  
DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIS ECCLESIASTICI  
DE  
**ORIGINE BONORVM  
MENSAE EPISCOPALIS**  
QVAM  
*AVSPICE DEO*  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
**GVILIELMO HENKICO**  
DVCE SAXONIÆ, IVLIACI, CLIVIÆ AC MONTIVM  
ANGARIÆ, WESTPHALLEQUE, ET RELIOVA  
SVB MODERAMINE  
**IO. PHILIPPI SLEVOOGTIL D.**  
SERENISSIMORVM SAXONIAE DVCVM ERNESTINAE LINEAE  
CONSILIARIi AVLICI, ANTECESSORIS ET COLLEGIORVM IV-  
RIDICORVM DIRECTORIS ORDINARI  
PATRONI AC PROMOTORIS AETERNV  
DEVENERANDI  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS  
LEGITIME CONSEQVENDIS  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET  
**IO. ERNESTVS FLOERCKE**  
IENENSIS  
D.XXVII JANVARII MDCCXX  
IENAE  
LITERIS VVERHERIANIS.

